Capitulo catorze, foja. 265. plana segunda al fin, quítese desde donde dize, Quan repugnante sea à la naturaleza del hombre salir inclinado à virtud, prueua se claramente considerando, hasta, donde dize en la foja. 266. plana primera, porcion inferior, era imposible (quedando a los principios de su naturaleza) dexar de ser inclinado a mal.

Foja. 267. plana primera, quítese desde donde dize, Porque ya hemos dicho, y prouado a tras, que para dar Dios alguna sciencia sobre natural a los hombres, &c. hasta donde dize, en la foja. 268. plana primera, al fin, no podemos vencer nuestra naturaleza, nos lo dize la philosophia natural.

Foja 264. plana primera, quítense aquellas palabras: Que puesto caso que peccó muchas vezes, no por esto perdía el nombre, ni habito de virtuoso.

Cap. 15.

Cap. 15. S. q̄ diligēcias se hã de hazer para cõseruar el ingenio, fo. 351. quite se desde, Cõ esta misma recepta se criò, ha sta el fin del lib. dõde dize, Laudetur Chrs in æternũ.

F

FRANCISCVS DVARENVS.

Ex Francisci Duareni libris octo, de sacris ecclesiæ ministerijs, ac beneficijs.

In operis fronte, del. illa ver. Itē pro libertate ecclesię Gallicę, aduersus Romanã aulã, defensio Parisiensis curiæ, Ludouico. xj. Gallorũ Regi, quodã oblata.

Expungatur præterea totus is lib. Pro libertate ecclesię Gallicę, ad finem huius operis.

In præfat. operis versus fi. del. illa ver. Nã, vt eis cõcedamus posteriorũ Põr. decreta veterib. lógè dissimillima esse, &c. vsque ad illud, Rom. præfuerunt imperio.

Libro. 1.

Cap. 1. in medio, ibi, In Alex. III. Pont. Rom. sed vi, & armis, ne dicã tyrãnide, dele. illud, ne dicã tyrannide.

Cap. 4. Totum expungatur.

Cap. 5. versus finem, deleantur illa verba. Porrò ex iam dictis satis colligi potest, non omninò alienum à vero esse, &c. vsque ad finem capituli.

Cap. 10.

Cap. 10. initio, deleantur illa verba, Quam potestatem à Christo acceperit, necne, vsque ad illa verba, qua sunt ad medium capituli, & magnitudine sua nũc laborare videatur.

Cap. 11. aliquantum post medium, deleantur illa verba, Reges præterea, ac Imperatores, non adfuisse tantum synodo, sed & præfuisse legimus, &c. vsque ad finem totius capituli.

Cap. 21. vbicumque toto hoc capite monachorũ familia vocantur Sectæ, deleatur illa vox, Sectæ.

Cap. 24. ad med. deleatur illa verba: Quod genus monialium vetus (vt existimo) non nouit ecclesia.

Libro. 2.

Cap. 4. ad medium, deleantur illa verba: Sed puto maiores nostros satis aduertisse, nihil ecclesię exitius, pestilentiusq; esse, quàm ministrorum eius nimiam opulentiam, &c. vsque ad illud. 12. post linea, & calamitatum exilijse videatur.

Libro. 5.

Cap. 11. aliquantum post medium, deleantur illa verba, Atq; hinc facillè apparet, simul cum nomine mutatum hominem, &c. vsque ad illa verba, alijs rebus pietatem colas. Et post paginam fermè, deleantur rursus illa verba, Idq; cum cõsidero in mentem mihi venit,

nit quod Liviū, &c. vsque ad illa verba, aliquid im-
mixtum violemus:

Cap. 12. ad finem, vbi de monasticavita agit, deleatur dua di-
ctiones, Sectæ, & Sectarum.

Libro. 6.

Cap. 3. post princip. deleantur illa verba, Nec satis perspi-
cio, vt se excusare possint hoc modo promoti à
Pontifice, &c. vsq; ad illa verba post. 20. lineas, Nihilominus obseruentur.

Cap. 4. postremis verbis primi. S. deleatur illa parenthesis
(nam luxum dicere non auserim).

Libro. 7.

Capite. 6. in fine, deleantur illa verba, Hoc autem ge-
nus expiscandæ pecuniæ, &c. vsque ad finem ca-
pitis.

Caput decimum, vbi de immunitate cleri agit, totum auferatur.

Libro. 8.

Capite. 4. ad finem deleantur illa verba, Hinc fit, vt ca-
ptores beneficiorum Romam certatim cursitēt,
&c. vsque ad illud, modo is numeret, denegari cō-
suevit.

FRAN-

FRANCISCVS.

Polygranus.

Ex Francisci Polygrani assertionibus quorundam
ecclesiæ dogmatum.

Fol. 68. pag. 2. (in excussis Colonia Agrippina apud Ioan-
nem Birchmannum, anno. 1571.) deleatur ab illis ver-
bis, Quibus ita discussis, vsque ad, id prorsus de-
negans.

Eodem fol. & pag. deleatur glossa marginalis, quæ ait, De
iure diuino quilibet sacerdos posset dare indul-
gentias.

GAUDENTIUS

Merula.

Ex Gaudentij Merulæ libro memo-
rabilium.

Lib. 3. cap. 61. deleantur illa verba. Serpēs cauernam sub-
iens, vsque ad, si bis, redit ad vitam, *inclusiue*.

Lib. 4. cap. 9. ad medium, deleantur illa verba: Donec
episcopi Romani pauperes erāt, &c. vsq; ad, quàm
bella, & voluptates corporis.

Eod. lib. cap. 50. in princ. deleantur illa verba, Si quis post
generationem Lunæ, vsque ad, non afficietur dolo-
re dentium, *inclusiue*.

Lib. 5. cap. 11. cuius initium est, Quāquàm Romani Im-
peratores

peratores, & odio armati, &c. *deleatur totum caput, cum annotatione marginali ad illud.*

Epistola vltima, quæ est in fine libri, & incipit, Quia imaginibus, deleatur postrema verba: nimirum, Extra hoc reliquum arbitratus anathema.

GENEBRARDVS.

Ex Genebrardi Chronographia.

Pag. 406. vbi numerantur Theologi catholici, expungatur nomen Huldrici Hutteni, equitis Germani.

Pag. 551. Caput vndecimū expungatur, in quo continetur, Liber de legibus Regum, & præliorum, ex Deuteronomio Rabbi Mosis.

Totus liber, Eldad Danai, de Iudæis clausis, qui incipit, pag. 545. expungatur.

GEORGIVS

Purbachius.

Ex Georgij Purbachij theoricis nouis planetarum, cum scholijs Erasmi Reinholdi.

Post libri titulum sequenti pag. deleatur epigramma Philippi Melanchthonis.

Deleantur etiam in initio operis duæ epistolæ dedicatoriæ: altera ipsius Erasmi Reinholdi ad Albertū Marchionem Brandeburgensem: altera, Philippi Melanchthonis ad Simonem Grynæum.

Fol. 19.

Fol. 19. in fin. theoricæ solis, deleatur illa verba: Curauit autem Gaspar Peucerus, vt hæc postrema pars in corrupta cderetur.

GVILIELMVS

Budæus.

Ex Guilielmi Budæi libro de asse, & partibus eius, impress. sub prælo Ascensia.

anno. 1531.

Lib. 1. fol. 9. pag. 1. lin. 32. deleatur ab illis verbis, Animam scilicet rationalem, quæ cum aliud sit à corpore, nec sit corporis forma, vsque ad, vt nauē naua.

Lib. 5. fol. 171. pag. 1. lin. 10. deleatur: Hi sunt sacerdotes.

Eod. fol. pag. 2. lin. 16. deleantur hæc verba: Vt in castris sacrosanctis plerunq; nihil rectè, atque ex ordine, constitutum esse videatur.

Ead. pag. lin. 39. deleatur ab illis verbis, Non ne tu simul, vt vniuersum cleri nostri, vsque ad, quod quidè in ipsis est.

Fol. 172. pag. 1. lin. 21. deleatur ab illis verb. Quòd si cæteri hominum ordines, vsque ad, in animum induceret. Et parùm infra, linea. 24. deleatur, Quid istis tandem fieret, vsque ad, omnia nasci videmus.

Pag. 2. eiusdem fol. lin. 26. deleatur: In instrumētum lautum episcopij, in vestem stragulam.

Q Ead.

Ead. pag. lin. 39. deletur, Queis omninò decebat, vsque ad, satis cautum esse mirum est. Deletur etiã ibi glossa, quæ ait: In luxum Pontificalem.

Fol. 173. pag. 1. lin. 7. delet. Ut libidini, & voluptati sacerdotali seruirent.

Fol. 175. pag. 2. lin. 16. deleantur illa verba, Ut collapsa ecclesiæ maiestate, ipsa iam Dei sponsa, velut fidei coniugalis oblita, non modò à sponso diuertisse, sed etiam nullo pudoris respectu, per triuia, per plateas euagari licenter videretur.

Lin. 29. deleant. illa verb. Ut alter vir ingeniosior, quàm religiosior, vsque ad, consentaneũ est utique. Deletur etiam glossa marginalis, quæ ait: In bellatores Pontifices.

Folio. 176. pagina. 1. linea. 6. deletur ab illis verb. Hinc senatus stultitiæ, vsque ad, indeuotos concitaret.

Ead. pag. deletur gloss. marg. quæ ait: Hic significari videtur duo Concilia, Romanũ, & Pisanũ, studio magis cupiditatis, & vindictæ, quàm charitatis, indicta.

Fol. 177. pag. 1. lin. 8. deletur ab illis verbis, Quàm ridiculos, vsque ad, Optimos Maximos sc̄ appellari gestiunt.

Pag. 2. eiusdem fol. lin. 6. deletur ab illis verb. Quid aliud, quàm Christum, intelligimus, vsque ad, vel animi principatu.

Lin. 15.

Lin. 15. deleant. hæc verba, A quibus nunc res summa, vel ecclesiæ, vel animæ, magna ex parte regitur.

Lin. 21. deletur, Ob fractam à clero huius ætatis tesseram.

Lin. 30. delet. ab illis verb. Non Pontificũ iurisdictionem, vsq; ad, ministerium ei subseruiebat.

Ead. pag. deletur gloss. quæ ait, Sessio, vocabulum est adlusionem habens ad concilia huius ætatis, speciosiora scilicet, quàm religiosiora.

Item deletur alia, quæ ait: Formularum aucupia, rescripta cancellariæ Romanæ hîc significari putem.

Item alia, quæ ait: Tessera vanales sunt syngrapha indulgentiarum.

Fol. 178. lin. 26. pag. 1. deletur, Anginarium pyrum vorauit.

Deletur etiam ibidem gloss. quæ ait, Anginarium pyrũ hîc significari, vsque ad, cum certa spe potiundi.

Deletur etiam alia gloss. quæ ait, Taxatur fortasse Pontificij iuris libri, vsque ad, & Clementinus.

Deletur etiã alia gloss. eiusdem pag. quæ incipit, Calix erroris hîc significari putem, vsque ad, vsque ad persequendarum.

Item alia, quæ ait, In prauos Christi asseclas episcopos.

Lin. 34. eiusd. pag. delet. ab illis verb., Optimorũ redditũ, vsque ad, quadã tempestate maiore.

Q 2

Fol. 279.

*Fol. 179. lin. 13. deletur, Per Pōtificum inſcitiā, incu-
riāmq̄.*

*Eod. fol. pag. 2. lin. 34. deleantur hæc: Magis mirandū eſt,
totum eum librum ab ignaro interprete verſum
eſſe.*

*Et parūm infra lin. 37. deletur ab illis verbis, Ignorantiæ
autem, uſque ad, non ferendæ.*

*Lin. 42. eiſd. pag. delet. ab illis verb. In ea autem editio-
ne, uſque ad, ſacrosanctam eſſe contendunt.*

*Delet. & gloſ. ibid. qua ait: Interpretis libri Sapiētię
errata. Et eadem verba deleantur ex indice, litera. S.
verbo, Sapiētię libri interpretis errata.*

*Fol. 180. pag. 1. lin. 2. deletur ab illis verbis, Quis autem
non percipit, interpretem, uſque ad, ita legunt.*

Ead. pag. lin. 20. deletur: Verſum eſt ignorātia linguæ.

*Lin. 31. eiſdem pag. deletur: Qui locus itidem oſcitan-
ter ab interprete tranſactus eſt.*

H

HADRIANVS

Iunius.

Ex Hadriani Iunij medici ſcriptis.

Animaduerſorum libri ſex, & iſs adiunctus liber, de
Coma, permittuntur.

Item

Item permittuntur, Emblemata.

Ex Dictionario Græco eiſd. expungatur, Epiſtola
dedicatoria.

Itē Verſiones Heſychij Illuſtrij, & Eunapij, eiſd. Ha-
driani opera perfectæ, & in lucē edita, permittuntur.

In eiſd. Nomēclatore, titulo de re nauali, poſt med. in di-
ctione Mala lignea, deleantur illa poſtrema verba, quas
indoctum vulgus digitis verſat.

In eod. lib. titulo de Deo, & ſpiritibus, ante ſi. deleã. dictiones,
Dij, vel Diui maiorū Gentiū, & Dij, vel Diui mi-
norū Gentiū, cum earum explicationibus. Deinde in
dictione Dæmones genij, deleantur illa verba, quæ
multorum adhūc animis opinio inſedit. Et pau-
cis interiectis, deletur illud, quos vulgò vocant.

Titulo, Dignitatū, & muniõrum ſacrorū, ante finem, in voce
Agyrta, deleantur illa verba, Circulator dici poteſt,
qui, &c. uſque ad finem explicationis eiſ vocis.

HENRICVS

Stephanus.

Ex Henrici Stephani ſcriptis.

Theſaurus linguæ Græcæ, permittitur.

Dictionarium historicū, & poeticū, tamen ſi hoc opus
Carolo Stephano potius tribui debet, permittitur.

Ex Apologia Henrici Stephani pro Herodoto, ipſiſ
Herodoti libris præpoſita, deleantur quæ de Romanis dicit.

Q 3

Annota-

Annotationes in Herodotum, & adiuncta Herodoto
Tráslationes fragmentorum de Ctesia, Perficis,
& Indicis historijs, *permittuntur.*

Itē eiusd. Obseruationes in Odas Anacreótis, *permittuntur.*

Item eiusdem Præfationes in fragmēta ex Ctesia, Agatharchidis, Memnonis historijs Græcis, *cum eiusdē annotationibus, permittuntur.*

Itē eiusd. De Latinitate falso suspecta, & Nizoliodidascalus, *permittitur.*

Præterea permittuntur Annotationes eiusdem in Hypotyposes Pyrrhonianas Sexti philosophi.

Permittitur etiam Thesaurus linguæ Latinæ, quem Henrici pater Robertus Stephanus composuit.

FRAY HIERONIMO

Roman.

De fray Hieronymo Roman en el libro de las
Republicas del mundo.

De la republica Hebreá lib. 1.

Cap. 1. fol. 3. col. 3. lin. 23. donde dize, Por q̄ no criò Dios, en quanto en si fue, *borrense aquellas palabras,* en quãto en si fue.

Cap. 14. que comienza, Las fiestas y dias solemnes entre los Iudios, *quitesse todo.*

Cap. 15. que comienza, Hallo que mãdò Dios en su pueblo, *quitesse todo.*

Lib. 2.

Libro. 2.

Cap. 3. q̄ comienza, Teniã en sus casamiētos, *quitesse todo.*

Cap. 4. que comienza, Los Hebreos en todas sus cosas, *quitesse todo.*

Cap. 5. fol. 50. col. 3. lin. 45. borrense aquellas palabras, Végamos agora à tractar de los libros, q̄ los Hebreos tuieron, *hasta fol. 53. col. 1. lin. 6. donde dize,* Gregorio Naziãzeno en su poēma, y Epiphanio en su epitome, y otros muchos, que no son tã antiguos.

Cap. 13. fol. 68. col. 1. lin. 3. borrense aq̄llas palabras, Sino leã nuestras historias de España, y veran que estragos han sido hechos en ellos, *hasta el fin del capitulo.*

Republica Christiana, lib. 1.

Cap. 14. fol. 105. col. 2. lin. 21. borrense aq̄llas palabras, Como si les fuesse concedido de Dios hazerlo.

Cap. 15. fol. 105. col. 3. lin. 4. borrense aq̄llas palabras: Afsi como en casarse los ecclesiasticos, y celebrar in vtraque specie, q̄ es comulgar todo el pueblo en comun con la sancta hostia y sangre: que todo parece contencion y pleyto.

Lib. 4.

Cap. 8. fol. 204. col. 2. lin. 8. dõde dize, Echãdo agua sobre el baptizãte, diga el que le baptiza, &c. *ha de dezir,* Echãdo agua sobre el baptizado, diga el q̄ le ba-

Q 4 piza:

ptiza: Yo te baptizo en el nombre del padre, y del hijo, &c.

Cap. 9. fol. 205. col. 1. al princip. borrense aquellas palabras: tuuo origen en los apóstoles, hasta donde dize, leemos, &c.

En el mesmo cap. fol. 206. col. 1. lin. 11. borrense aquellas palabras: A todos dauan de la sangre.

Capitulo. 15. folio. 216. columna. 3. linea. 12. donde dize, Por que entonces comulgauan sub vtraque specie, ha de dezir, comulgauan algunos sub vtraque specie.

Cap. 16. fol. 219. col. 2. lin. 28. borrense aquellas palabras, que dize, hablando de la reformation en el clero: Que aunque nueuo no hara mal.

Lib. 5.

Capitulo. 1. folio. 225. col. 3. lin. 17. borrense aquellas palabras: Otro nombre han introduzido los nuestros modernos, muy confiados de si mesmos, hasta donde dize, El qual esta diuidido en España, Italia, Indias, con otras muchas islas.

En el mesmo capitulo, folio. 224. columna. 2. linea. 11. borrense aquellas palabras: El qual en alguna manera es recibido.

Capitulo. 18. folio. 260. columna. 2. linea. 34. borrense estas palabras, Porque tocò vn punto, que era subtilissimo

lissimo y agudo, hasta donde dize, Fue este punto tan graue y arduo, que perturbo à la vniuersal yglesia, y desaffossego à muchos varones sanctos y doctos, por la nouedad del hecho.

En el mismo cap. fol. 261. colum. 3. linea. 11. borrense aquellas palabras, Estos tuuierò, entre otros muchos errores, hasta donde dize, cosa vana y ridiculosa, que esta en la linea. 18.

Republica Septentrional.

Cap. 4. fol. 351. col. 4. lin. 21. borrense aquellas palabras: Ni tampoco por imitar la costumbre de la primitiua yglesia.

Republica Gentilica

Lib. 1.

Cap. 1. fol. 2. col. 2. lin. 40. borrense aquellas palabras: Y assi tuuierò la idolatria por cosa natural. Y mas abaxo en el mesmo capitulo, col. 3. lin. 20. se borren estas palabras: Ay otra señal notable para ser natural la idolatria.

Capitulo quinto folio. 10. columna prima, borrese todo el §. que trata de Priapo, el qual comienza, Otro Dios fue famoso entre los Griegos, que fue Priapo, y acaba, Y assi hallamos otros desatinos à este proposito.

Lib. 2.

Cap. 3. fol. 35. col. 2. lin. vlt. *borrense aq̃llas palabras*, El asno como vieffe à Priapo, *hasta donde dize*, Por lo qual de alli adelante le aborrefcio.

Cap. 10. folio. 43. columna. 2. *que comieça*, Ya se dixo atras, como Bacho tuuo por hijo à Priapo, *quite se todo*.

Cap. 17. fol. 53. col. 2. lin. 37. *borrense estas palabras*, Pero como aquello auia de ser asì.

Enel mesmo capitulo fol. 54. col. 2. lin. 36. borrense estas palabras, Auia tãbiẽ este mes otra fiesta muy graciosa, *hasta donde dize*, Dexo de dezir otras cosas, que se hazian en la fiesta.

Libro. 3.

Capitulo. 11. folio. 76. columna. 1. lin. 15. *borrense estas palabras*: Y sin dubda, sino vsaran del repudio y diuorcio, fueran de todo punto auidos por gente casi Christiana.

Cap. 14. folio. 80. columna. 3. linea. 7. *borrense estas palabras*: Y dezian verdad, si ellos conocieran à Dios verdadero.

Libro. 7.

Cap. 5. fol. 219. col. 2. lin. pen. *borrense aquellas palabras*: Que no se yo que mas Christianamente podian biuir.

Enel

Enel mesmo cap. fol. 221. col. 1. lin. 20. borrense estas palabras, Porque, como el ser obispo propriamente sea de Theologos, *hasta donde dize*, Mas para audiencias y carceles.

Cap. 16. fol. 245. col. 1. lin. 11. *borrense estas palabras*, Y por el contrario, no auiedo salud, ni el Rey, ni el Papa, ni el que mas puede, tieneningun bien.

Libro. 8.

Cap. 6. fol. 263. col. 2. lin. 1. *borrense estas palabras*: Que solemos tener los frayles, q̃ parece q̃ nos queremos echar à nadar en ellas: aunque hartos ay q̃ les hazen estar à raya.

Libro. 9.

Cap. 10. fol. 300. col. 3. *quite se todo el cap. q̃ comieça*, Yo se q̃ las mugeres q̃ son amigas de leer cosas nuevas.

En la historia de la orden de S. Augustin compuesta por el mesmo fray Hieronymo Roman.

Fol. 343. *dõde pone el indice de las obras de S. Aug. en la col. 1. hazia el fin, borrense aq̃llas palabras*, Que sea esto verdad, aun en los originales sagrados lo vemos, y dello tenemos testimonios, *&c. hasta donde dize enel principio de la tercera columna de la misma foja*, y el que lo trasladò metio aquello en la margen en el mismo texto.

I.N.D.

IN. D. HIERONYMVM

Annotationes.

Ex annotationib. Erasmi Roterodami in opera
D. Hieronymi.

Tomo. 1.

*Expungatur epistola prior Erasmi ad Guilielmū VVar-
ramum, episcopum Cantuariens. quæ epistola præ-
figitur in 2. editione operum. D. Hieronymi.*

*Expungatur præterea epistola nūcupatoria, Ad eūdē Guil-
lielmū VVaramum, Archiepiscopū Cantuariens.
quæ præfixa est ab Erasmo in vtraq; editione operum Hie-
ronymi.*

*In scholijs epis. ad Heliodorū, cuius initium est, Quāto a-
more, &c. nu. 2. del. illa verb. Proinde mihi videtur
optimè cōsulturi vitæ christiænæ, qui instituerint,
vt adolefcētibus solēni ritu renouet tota professio
baptismi, ac verbis apertis explicetur sūma totius
euāgelicæ doctrinæ: sed amabili quadā specie, vt
auxiliū numinis vbiq; præsens, vt magnitudo præ-
miorū efficiat, ne deterreat à difficultate negotij.*
*Ibidem paulo inferius, nu. 3. deleantur illa verba, A veterū
igitur ritu fluxerūt hæc cæremoniæ, quibus Chri-
stiani in Baptismis vtimur.*

*In scholijs epist. ad Nepotianū, cuius initium est, Petis à me
Nepotiane, &c. delect. Antidoti prima pars, vsq; ad illa
verba.*

*verba, Et moderato diuitiarum vsu essent con-
tenti.*

*In scholijs epist. Ad Rusticum, cuius initium est, Nihil
Christiano foelicus, &c. nu. 3. in illa verba, Filij pro-
phetarum, deleantur illa verba, Non quod certo cul-
tu, aut titulis, ab alijs distingueretur, quemadmo-
dum hodie monachorū vulgus: sed quod, femo-
ti ab oppidorū frequentia, vitā agerēt in solitudi-
ne: cū hodie nusquam esse malint, quàm in den-
sissima frequentia hominum, præsertim diuitū,
& Crassulorum.*

*In fine scholiorū eiusdem epistola. nu. 12. deleantur illa verba,
Cū nunc pleriq; plusquam sacrilegium esse du-
cant, aliquid è donarijs sacris tollere: etiam si vni-
uersi pauperes Saguntina (quod aiunt) fame labo-
rent.*

Deleatur item tota Antidotus, scholijs adiecta.

*In scholijs epist. Ad Demetriadem, de seruanda virgi-
nitate, nu. 4. deleantur illa verba, Nūc aliquoties cō-
tingunt Romani Pontificis ærario locupletissimi,
apostolicis operibus, hoc est sacra doctrina, &
pietate nudissimi.*

Deleatur item integra Antidotus in eandem epistolam.

*In epistola Ad Furiam, deleatur tota Antidotus, scholijs
adiecta.*

*In scholijs epistola ad Gerontiam, cuius initium est, In ve-
tere*

tere via, &c. nu. ii. *deleantur illa verba*, Ex hoc loco D. Hieronymus videtur in hac fuisse sententia, vt putaret Christianis nō licere bellare: quod vtinā omnibus persuasum esset: certē minus infaniremus huiusmodi tumultibus, quorum nullus est finis: cūm omnes ferē nascantur ex ambitione Principum.

In Antidoto scholijs adiecta deleatur rota prima pars; vsque ad illa verba, In matrimonio virginitatem imitantur.

In scholijs epistolæ ad Paulinum, cuius initium est, Bonus homo, &c. nu. 2. *delean. illa verb.* At hodie cōplures, etiam ex eorū numero, qui vidētur sapere, ab extremis mundi finibus, summo sumptu, summo vitæ discrimine, nonnunquā & morū, ad ea currunt loca, &c. *vsque ad illa verba*, Loca sancta contemnere videretur.

Ibidem nu. 5. deleantur illa verba, Legant hæc barbari isti balbi, & infantes Theologi, quantoperē vir doctissimus in monacho quoq; laudet eloquētiam, & Tullianam eloquentiam.

In scholijs epist. Paulæ, & Eustoehij ad Marcellā, cuius initium est, Mensurā charitas nō habet, nu. 5. *delean. illa verb.* Hæc forma monachorū plurimū ab huius tēporis monachis abest: apud quos ab inæqualibus æqualia exiguntur, & ex his æstimatur omnis

nis ferē religio, atq; ex his etiam leuioribus, putā cultu, & colore:

In argumento epist. Ad Eustoehiū, de custodia virginitatis, cuius initium est, Audi filia, &c. *deleā. illa verb.* Verūm hic liber quā malè tractat malos monachos, & clericos, tam malè vicissim ab illis tractat⁹ fuit: adeò nanq; mēdosū reperimus, vt pro vnico vitio exprobrato, decē mēdas induxisse videātur.

In scholijs eiusdem epistolæ, nu. 12. deleantur illa verba: Sicuti bellum, & alia pleraque.

Ibid. nu. 16. deleā. illa verb. Hæc est illa fabula, quam memoriter tenēt etiam hi, qui ne verbum quidē vnquā legerunt in scriptis Hieronymi, &c. *vsque ad illa verba*, qui se doctores, & interpretes vocant.

In Antidoto eiusd. epist. delant. illa verb. Ad hæc videtur hīc quoq; quēdā durius dicere in matrimoniū, cui Hieronymus nō admodū fauit: immò tātō magis fauit, quod voluit esse quā minimè inquinatū libidine, & virginitati simillimū, &c. *vsque ad illa verba*, nihil habent quod quenquam offendat.

In scholijs epistolæ Ad Paulā super obitu Blefillæ, quæ incipit, Quis dabit capiti meo, &c. nu. 1. *deleantur illa verba*: Cūm hodie sapiētes isti pulchrum ducant spurcè loqui: & Christianum hominē decere linguæ sordes.

In scholijs Epitaphij ad Eustoehiū, super obitu Paulæ,

cuius initium est, Si cuncta corporis membra, &c. nu. 3. deleantur illa verba, Mirum est ætate. D. Hieronymi tantam etiam num Imperatorum autoritatem fuisse Romæ, ut illorum literis Oriëntis, atque Occidentis episcopi Romam contraherentur, ac nõ potius Romani Pontif. præsertim cum Constantinus iam Syluestro celsisset imperium: si vera est fama.

Ibidem deleatur tota Antidotus, scholijs adiecta.

In scholijs epist. Fabiolæ ad Oceanum, quæ incipit, Plures anni sunt, &c. nu. 2. deleat. ab illis verbis, Alioqui, si senserunt non esse recipiendos in contuberniũ ecclesiæ qui à baptismo prolapsi fuissent in aliquod crimen, &c. vsque ad illa verba, ad hanc occultam, & longè diuersi generis.

In scholijs epist. Ad Innocent. cuius initium est, Sæpè à me, Innocenti charissime, &c. nu. 3. deleantur illa verba: Et scuitur passim in miseros fures: cum nec Draconis leges, nec Romanæ, nec vllæ ethnicorũ, nec ipsæ Mosaycæ leges, simplex furtũ supplicio capitis vindicauerint: sed auaritia nostra fecit, ut vsque adeò simus infensi furibus, & ideò malum magnum existimemus furtum, quia pecuniam summi boni loco ducimus.

In epist. ad lectorem, præmissa in Catalogum scriptorũ ecclesiasticorum, deleatur prima eius pars, vsque ad illa verba

verba: Quod temporũ ruina nobis fecit reliquũ. In scholijs de Ioanne euangelista, statim in princip. deleantur illa verba, quòd in quibusdam discordet ab alijs.

In scholijs in vitam Clementis, deleantur illa verba, Satis indicat eam epistolam videri Clemētis: etiam si, propter contentiosos, nõ audet palàm fateri.

In scholijs in vitam Theophili Anriocheni, deleatur integra annotatio.

In scholijs vita Irenæi, ad fin. debeantur illa verba: Quibus modis & nos magnã orbis partem perdidimus, dum omnes cæremonias ad viuũ exigimus, &c. vsque ad illud, Debilem, quàm extinctum.

In scholijs vita Theophili Cæsariensis, deleantur illa verba: De huiusmodi nugis digladiamur, de contingentibus, de conceptione, de die paschæ, &c. vsq; ad finem annotationis.

In scholijs in vitam Minutij, deleantur illa verba: Et isti non finũt ut infantis, iuxtà ac indocti nebulonis, nãnias, ab eloquentissimi, doctissimi que hominis, dictione secernamus.

In scholijs in vitam Pamphili, deleantur illa verba, Nunc sanctorum strophioia, & calceos ostetamus, &c. vsque ad finem annotationis.

In scholijs vita Ephren, deleantur illa verba, Hinc apparet non nisi Apostolicas literas olim legi solitas,

R &c. vsque

&c. usque ad illud, inter diuinas scripturas.

Tomo secundo.

Tota prefatio Erasmi ad Guilielmum Varamū, expungatur.

In scholijs libri. i. aduersus Iouinianū, nu. 1. deleant. illa verb.

Vbi sunt isti, qui sanctū & Christianū putant rufice dicere? Hieronymus quibus cōiurjs insectatur huius infantiam? quid autē dicturus erat, si sophisticos istos audisset Theologos, ad quos collatus Iouinianus Messala videri queat?

In scholijs. 2. libri cōtra Iouinianū, nu. 24. delēat. illa verb.

Quanquam huius mali magnā partem sacerdotibus acceptam ferri oportet, *&c. usque ad finem annotat.*

Deleatur item integra Antidotus, scholijs adiecta.

In scholijs. Apologiæ ad Pammachiū aduersus Iouinianū, nu. 6. deleantur illa verba: Ad terrendū aduersarium. Hoc autē dixit propter multa, quæ Paulus torquet non nihil aduersus Iudæorum pertinaciam, cum aliud nonnunquam sentiat, quam eloquatur: verū temporī seruit.

In scholijs epist. ad Marellam, aduersus Montanū. nu. 1. deleantur illa verba, Hoc in præsentia detorquet ad commendationem Petri: nec enim Petrus est fundamentum ecclesiæ, *&c. usque ad finem annotationis, scilicet, remedium esse factum.*

In

In scholijs epist. ad Damasum, cuius initium est, Quoniā vetusto oriens, nu. 6. deleantur illa verba: Cuius fuit & Liberius, qui tertius à Damaso præcessit.

In scholijs epistola, ad Damasum, cuius initium est, Impertinam in euāgelio, nu. 2. deleant. illa verba: Quod si quis ad eundem modum obtestatus fuisset Iulium: 2. quid impetrasset: crucem opinor.

In argumēto Dialogi aduersus Luciferianos, in princip. deleantur illa verba: Romanum quoque Pōtificem.

In schol. epist. ad Pāmachiū, & Oceanū, nu. 3. deleant. illa verb. Alioqui, quorsum erat opus tot ceremonijs, in lege Mosaica, quæ Hieronym⁹ ob id scribit tradita, ne in Deorū cultū prolaberētur, *&c. usque ad illud,* à communi sensu vehementer abhorreant.

In scholijs in lib. 2. Apologiæ aduersus Ruffinum, nu. 4. deleantur illa verba, Quod si Hieronymus tantopere offenditur huiusmodi vitijs sermonis, *&c. usque ad illud,* Nihil insulsius.

Ibidem nu. 6. deleantur illa verba, Nota, lector, olim synodos imperatorum iussu congregari solitas.

In scholijs in Apologiā aduersus Ruffinum, cuius initium est, Lectis literis, nu. 5. deleantur illa verb. Ostēdit superius quosdā notatos ab Epiphānio, quod imagines haberent in templo.

In schol. epist. ad Ctesiphontem, num. 3. deleant. illa verb. At cur non in ius vocāt Hieronymum isti quidā

R 2

Theo-

Theologi, qui nihil putant intelligi in diuinis literis, &c. vsq; ad illud, sacrae Christi doctrinae praesidium constitui.

Ibidem, num. 11. deleantur illa verba: Ut ubique detestatur Hieronymus in Theologo argumeta philosophorum. Et haec aut non legunt nostri Theologi, aut plus suo iudicio tribuunt, quam Hieronymi.

Post scholia in Dialogum aduersus Pelagianos, deleatur integra Antidotus, scholijs adiecta, cuius initium est, In primo dialogo.

In scholijs epist. ad Oceanum, num. 3. deleatur illa verba, Non dignitatis, sed officij vocabulum est.

Deleatur item tota Antidotus, scholijs adiecta, cuius initium est, Tametsi Hieronymus.

Post scholia epistola ad Euagrium, deleatur quoque tota Antidotus, cuius initium est, Quod episcopo.

In schol. epist. ad Onasum, in fin. deleant. illa verb. Quamquam in hac epistola nihil video dignum Hieronymo, tamen non sum ausus mouere suo loco, quod in quibusdam illius stylum sapiat: alioqui petulantior, & inepto impetu.

Tomotertio.

In scholijs epistola ad Paulinum, nu. 4. deleantur illa verba, Sacerdotem episcopum dicit: nam olim soli episcopi sa-

pi sacerdotes vocabantur, &c. vsque ad illa verba, mota manu benedicunt.

In scholijs praefationis in Daniele, nu. 1. & 2. deleantur illa verb. Mirum quod Hieronymus veru iugulat: id nunc passim legitur, & canitur in templis, &c. vsque ad illa verba, Hoc esse Graeci scriptoris commentum, quae sunt in vltima linea scholiorum.

In scholijs praefationis in quatuor euangelia ad Damasum, nu. 2. deleatur illa verba: Mirum de epistola ad Hebraeos nullam fieri mentionem, &c. vsque ad illud, Romani Pontificis autoritas.

In schol. epist. ad Hedibiam, quaest. 11. nu. 11. in illa verba, Quae feruntur Petri, deleatur illud: videtur addubitare num Petri sint, quae nomine Petri feruntur: nam alio in loco negat alteram esse Petri, ob stylum diuersum.

Ibidem, paulo inferius, deleatur illa verba: At mihi videtur, non solum stylo, sed etiam sensu, & spiritu non nihil discrepare: nam prior illa multo magis Petrum spirat.

In Antidoto, adiecta scholijs eiusdem epistola, & quaestio- nis, deleatur prima pars ab illo verbo, In prima quaestione, vsque ad illa verba, olim deiciantur possessione, nunc alios deiciunt.

In scholijs epist. ad Algastam, quaest. 10. nu. 12. deleantur illa verb. Nam tempore Pauli festos dies, opinor, nesciebat ecclesia.

Ibid. post scholia in quæstionē. 11. debeat. integra Antidotus, cuius initium est, In quæstione sexta negat.

Tomo quarto.

Tota præfatio huius tomi, cuius initium est, Superiore tomo ^{expurgata} expungatur.

Versus fin. huius tomi est posita præfatio Erasmi, in terciâ (ut ipse ait) seriē huius tomi, cuius initium est, Haud me fallit optime lector: In ea præfatione versus mediū eius dele. illa verba. Apparet fuisse quēpiam ex hoc hominū genere, &c. vsque ad illud, quā ambitiosum sit huiusce rei studiū in toto hoc hominum genere.

Tomo quinto.

Deleatur initio huius tomi tota Epistola Brunonis, et Basilij Amorbachiorum ad lectorem.

Tomo octavo.

Initio huius tomi deleat. tota Epistola Brunonis Amorbachij.

In Appēdice, hoc est postrema parte huius tomi, deleat. iridē tota Præfatio eiusdē Brunonis Amorbachij, quæ præfigitur versioni. D. Hieronymi in Psalmos, iuxta Hebraicam veritatem.

Tomo nono.

Initio

Initio huius tomi deleatur tota Præfatio eiusdem Brunonis Amorbachij.

Ex nōnullis Indicibus in opera. D. Hieronymi, præsertim eo, qui Basilea excussus est, apud Episcopios, anno. 1565. delende sunt subiectæ propositiones.

Adorare imagines, & Deos colere, seruis Dei non conuenit.

Non adorantur martyres.

Baptismus vetera peccata conscindit: nouas virtutes non tribuit, nec custodit.

Baptismus non omnia vitia abluit.

Ad Eucharistiam faciendam non sufficere verba sacerdotis: sed & vitam necessariam.

Fides sola iustificat.

Imago vna tantum veneranda.

Opera non iustificant.

Opera omnia absque virginitate imperfecta.

Oratio pro viuis valet: non pro mortuis.

Peccator, licet non sit de ecclesia, potest tamē ad eā redire.

Peccator viuens melior iusto mortuo.

Sacerdotes omnes Christiani.

Sacerdotis merita requiri ad Eucharistiā faciendam.

Ex alijs Indicibus in opera. D. Hieronymi, eo præsertim, qui Parisijs prodijt ex officina Caroli Guillard, anno. 1546. deleantur sequentia.

R 4 Adorate

Adorare opera manuum, est dogma veritati cōtra-
rium defendere.
Adorare statuas, vel imagines, cultores Dei nō de-
bent.
Eucharistiæ ministris necessaria sunt merita.
Fides rara in Christianis.
Fides iustos facit, & à malis liberat.
Fide, non operibus, saluamur.
Fide sua vnusquisque coronabitur.
Imagines pictas contra religionem esse, scribit Epi-
phanus.
Imagines, vel statuas, Dei cultores adorare non de-
bent.
Opere saluati Iudæi: non gratia.
Opera si iustificant, Christus gratis mortuus est.
Opus nullum dignum Dei iustitia.
Opera omnia commixta sunt aliquo errore.
Peccantibus in Deum non est nostrum dimittere.
Peccatores omnes sumus: etiam baptizati.
Sacerdotes præter suum ius spoliant populum.
Sacerdotium laici, id est, baptisma.
Sacerdotale genus omnes baptizati sunt.
In Indice scholiorum Erasmi super opera. D. Hieronymi deleantur sequentia.
A editione vulgatâ nō esse ex Hebraica veritate.
Ambrosij error in Osannâ.

Apo-

Apocalypsis dubitatur cuius sit.
Apocalypsis quare dubitatur esse Ioannis.
Apostolicæ literæ tantum in templis legendæ.
Apostoli omnes æquales.
Apostolorum dissidium.
Auaritia nostra sæuit in fures.
Augustini stylus taxatur. In Augustinianos.
Bellum illicitum Christiano.
Bella Christianismi pestis, & silent Theologi.
Benedictini monachi corruperunt scripta patrum.
Contra cæremoniarum exactores.
Christum mentiri piè dictum.
Christiana nomina Itali nauseant.
Christianorum non est bella gerere.
Christianum esse plus est quàm monachum.
Cœlibatui matrimonium penè anteponebat.
Confessio publica, & secreta an olim fuerint.
Decretum Gratiani taxatur.
Ecclesiastica vestimenta olim aulica.
Elemosyna in pauperes potius, quàm in tēplorum
structuram impartienda.
Episcopi præscribunt, nō quod Christo proximum:
sed quod his temporibus possit obtineri.
Episcopi omnes æquales cōuocabātur à Cæsaribus.
Episcopi subulci.
Episcopi olim sacerdotes.

R 5 Episcopi

Episcopi, non est nomen dignitatis: sed officij.
 Festos dies olim nesciebat ecclesia.
 Fures nulla lex iubet occidere.
 Gratiani liber nulla ecclesiæ autoritate recipitur:
 Multa in eo notantur. Nescitur quis fuerit.
 Imagines in templo.
 Contra indulgentias.
 Ioannis historia de adultera, apocrypha.
 Ioannis epistola prima sola verum autorem refert.
 Isidorus nugator.
 Iudith liber an canonicus.
 Malchi historia ficta videtur.
 Matrimonium cœlibatui penè anteponitur.
 Matrimonium an inter sacramenta.
 Mendacia quibus liceant.
 Mendacium vtile veteres non improbant.
 Monachi corruerunt scripta patrum.
 Monachi laborent.
 Monachi olim nō fuerūt quales hodie: nec interdita rerū suarū possessio. Votorū triū Hieronymus nō meminit. Religionū varietas, & cæremoniarum multitudo non videtur conducere.
 Papa Damasus summus dicitur sacerdos: non summus episcopus.
 Paulus vxorem suam sororem appellat.
 Papa Romanus episcopus olim dictus, nō summus.

In

In pauperes eleemosyna vtilior, quàm in structurā templorum.
 Petrus non est fundamentum ecclesiæ: sed Christus.
 Petri non esse secundam epistolam.
 Presbyteri olim idem cum episcopis.
 Religionis prætextu impij fauiunt in pios.
 Romana ecclesia an prima dignitate.
 Sacerdotes nostræ ætatis quomodo vocales.
 Sacerdos, et episcopus olim idem.
 Sacerdotum opus, et regna.
 Summularij sordidi.
 Sussannæ fabula.
 Te Deum laudamus non est primùm cantatum ab Ambrosio, et Augustino.
 Templorum superuacaneus ornatus.
 Theologorum argumenta frigidissima.
 Theologi bella Christianorum conuiuent, quæstionibus occupati vanissimis.
 Theologorum recentium commentaria portetosa.
 Theologiam recentiorum hodie ignoraret Paulus, et Hieronymus.
 Virgilium Augustinus spiritu sancto locutū putat.
 Virginitas hodie claustris ferreis extorquenda.
 Virgines sacræ aut nubant, aut contineant.
 Votorum nulla vincula apud monachos veteres.
 Vota tria olim monachi non vouebant.

A voto

A voto Hierosolymitano cur tam grauatim absoluit Pontifex.

Vota peregrinorum cum pietate pugnant.

HIERONYMUS

ab Oleastro.

Ex Hieronymi ab Oleastro præfatione in Pentateuchum, *ab illis verbis*, Neque mihi obijcias, &c. *vsque ad illa*, omito in vulgata editione, *deleatur*.

HIERONYMUS

Cardanus.

Ex Hieronymi Cardani commentarijs in Quadrupartitum Ptolemæi.

Deleatur Epistola dedicatoria, *operi præfixa*.

In Indice, deleatur illa verba: Christi seruatoris genesis.

Lib. 2. c. 9. text. 54. deleantur illa verba: Veluti cum seruator noster natus est cometes apparuit in Oriente, quam Magi viderunt, &c. *vsque ad illa verba*. 10. *post circiter linea*, & ad hanc vsque diem perseuerant.

Eod. cap. in rubric. qua incipit, Multiplicatio effectus syderum, &c. *deleantur postrema verba rubrica*: illa scilicet, & Seruatoris genesis.

Ibidem, post duo circiter folia, deleatur tota Genitura Christi, ab illis verbis: Et, quia Mars est dominus illiustrigoni, significauit inuentionem mirabilem, &c. *vsque ad finem capitis*.

Ex lib. 3. c. 16. deleantur illa verba: Quamobrem Christi, & sanctorum, &c. *vsque ad*, miracula refertur.

Ex

Ex lib. 3. cap. 18. text. 81. deleantur illa verba, Fœminæ verò potius qualitate, quam quantitate peccabunt, masculino modo se commiscentes, &c. *vsque ad illud*, Piget metalia dicere: sed veritas me compellit.

Ex lib. 4. cap. 1. post med. deleatur: Et hoc est in quo plus habet fatum, quam Astrologia.

Item ex cap. 5. text. 22. deleatur, Sed talis consensus à facto pendet.

HIERONYMUS

Oforius.

Ex Hieronymi Oforij, episcopi Syluen. (viri pietate, & eloquentia præstantissimi) libro de iustitia.

Lib. 1. fol. 5. pagina. 2. ex impress. Colonia, apud Arnoldum Birckmanum. in. 8. ibi, Fides continet omnem religionem, atque pietatem: omnes enim virtutes ex fide aptæ, nexæque sunt, & cum illa sanctissimo vinculo colligatæ, & implicitæ sunt. *Deleantur hæc verba*: vel *legatur* fides viuæ, & fide viuæ.

Eod. lib. fol. 20. ibi, Obedientia igitur, & opera in diuinæ legis studio præclara posita, actionesque cum pietate susceptæ, sunt quæ dant veræ fidei significationem, *legatur*, veræ perfectæ fidei significationem.

Eod. lib. fol. 27. circa fin. delect. ab illis verbis. Vt tamen fatemur, &c. *vsque ad finem libri*.

Lib. 2.

- Lib. 2. fol. 47. pag. 2. delect. ab illis verb. Cùm igitur mēs,
&c. vsque, studium immortalitatis rapere.*
- Eod. lib. 2. fol. 48. pag. 1. delectantur hæc verba: Ergo, cùm fi-
des totum animū regat, & in verbi diuini studiū
rapiat, consequens necessariò est, vt non cernatur
solum in credendo, sed etiam in obediendo.*
- Ibidē, pag. 2. circa fin. libri, delectatur: Tūc igitur verè fide-
deles sumus, cùm Dei verbo audientes sumus.*
- Lib. 4. fol. 105. pag. 2. delectatur ab illis verbis, Eam verò af-
fensionem charitas repēte, &c. vsque ad, non amo-
re incendi.*
- Lib. 7. fol. 162. pag. 2. delect. ab illis verb. Vt enim confite-
mur inhærere omnibus, vsque ad, filium.*
- Eod. lib. fol. 172. pag. 2. delectantur hæc verba: Qui id per etā-
tem ne suspicari quidem potuerit.*
- Reliqua verò eius scripta, permittuntur.*

I N. D. H I L A R I V M

annotationes.

- Ex annotationibus marginalibus Erasmi Roterodami in opera. D. Hilarij.
- Primum tollatur tota præfatio Erasmi dedicatoria.
- Lib. 1. de Trinitate, delectantur illa verba, Cæremonia abolitæ: quæ sunt in prima parte libri, vbi tractat illa verba Pauli ad Coloss. 2. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, &c.*

Lib. 3.

- Libro. 3. de Trinitate, delectantur illa verba: Syllogismi nūc
sustinent ecclesiam: quæ sunt in prima parte, vbi tra-
ctat illa verba Ioannis. 17. Pater venit hora: clari-
fica.*
- Lib. 10. de Trinitate, in vltima parte, vbi tractat illud Ioan.
2. Soluite tēplum hoc, &c. delectantur illa verba: Deus
nec mortuus est, nec sepultus.*
- In libello ad Constantium Aug. cuius initium est, Bene-
fica natura tua, paulo post med. delectantur illa verba. Nūc
tantum cogunt etiam Theologi.*
- In libello vltimo ad eundem Constantium, cuius initium
est, Nō sum nescius, pijsissime Imperator, circa me-
dium, delectantur illa verba. Fides subinde noua in scriptis.*
- In enarratione psalmi. 118. explicans illud, Vocem meam
audi, secundum misericordiam tuam, delectantur illa
verba, Ieiunium inutile.*
- Ibidem paulo post, delectantur illa verba. Non ex meritis salus.*
- In enarratione psalmi. 129. declarans illud, Speret Israel in
Domino, delectantur illa verba, vbi bona opera. N. Ee-
mondani.*
- In indice eiusdem. D. Hilarij delectantur
sequentia.*
- Alienis meritis & operibus nemo iuuatur.
Cæremonia abolitæ.
Deus nec mortuus est, nec sepultus.

Fides

Fides subinde noua in scriptis.
 Fides votum consummat.
 Ieiunium inutile.
 Meritum hominis nullum, & merces nulla.
 Non ex meritis salus.
 Operibus alienis nemo iuuatur.
 Personæ in Christo non sunt confundendæ.
 Pœnitentia est à peccatis desinere.
 Salus non ex meritis.

JACOBUS FABER
Stapulensis.

Ex Iacobi Fabri Stapulensis psalterio quinqu-
 plici, cum eiusdem annota-
 tionibus.

- Psal. 1. in expositione. 2. fol. 5. pag. 1. ad med. (iuxta impressio-
 nē Parisien. apud Henr. Stephan. anno. 1508.) deletur ab
 illis verbis, Mos sacrarum literarum, vsq; ad, potius
 p̄tiantur.*
- Psal. 4. in illud, A fructu frumenti & olei, versu. 8. fol.
 9. pag. 1. ad fin. deletur, ab his quos intelligentiæ fu-
 git sacramentum adiecta. Et ibidem lin. 4. à fine
 deletur, Quare in ecclesiarum psalterijs, vsque ad,
 multiplicati sunt.*
- Psal. 8. in illud, Minuisti eum paulò minus ab angelis,
 fol. 14. pag. 1. ad medium, deletur, Hic recte. illic per-
 peram.*

- peram. Et ibidem post duas lineas, deletur ab illis verb.
 Non intelligentes hunc locum, vsque ad, & adeò
 dicebat. Et pag. sequenti paulò ante finem, deletur ab
 illis verbis, Quare vos, per Iesum, & hoc dulce no-
 men, vsque ad finem psalmi, ibi, per immensa secu-
 la, Amen.*
- Psal. 6. versu. etiam. 6. in illud, Qui autem diligit iniqui-
 tatem, fol. 19. pag. 2. post principium, deletur. ab illis verb.
 nam ille quem habemus loquendi modum, vsque
 ad, vbi eius refert Deum.*
- Psal. 17. versu. 31. in expositione continua, fol. 29. pag. 2. ante
 finem, deleantur illa verba: Nulla lucē agnitionis tuę
 hactenus illustratas.*
- Psal. 18. fol. 32. pag. 2. paulò post principium, lin. 5. deletur: Nul-
 lus est sensus.*
- Psal. 21. fol. 38. pag. 1. lin. 20. deletur verb. Superfluit.*
- Psal. 24. versu. 12. fol. 42. pag. 2. paulò post principium, deleantur
 illa verb. Quare æquius vt psallatur propiciare.*
- Psal. 27. versu. 1. fol. 46. post mediū pagina, deletur, Et su-
 perfluit. Et parùm infra, deletur. ab illis verbis, Trans-
 latio Græca & Romana, vsque ad, oppositam ha-
 bent.*
- Psal. 35. versu. 19. fol. 58. pag. 1. post principium, deletur. ab illis
 verb. Dicendū non est, vsque ad, euerterunt.*
- Psal. 37. in titulo psalmi, fol. 63. pag. 1. ibi, Nisi sua nostra,
 deletur vox, Sua.*
- S *Psal. 39.*

- Psal.* 39. *versu.* 16. *fol.* 66. *pag.* 2. *lin.* 3. *ibi*, Vndique scelera mea, *deleatur* vox, mea. *Ibidem*, *lin.* 3. *deleatur*, Vt non valeam multitudinem apprehendere.
- Ead.* *pag.* post *medium*, dum *explicat.* 8. *versum*, *ibi*, Legendū multiplicata, *addatur*, vel, & *legatur* *disiunctiōe*.
- Psal.* 41. *versu.* 7. *folio.* 68. *pagina.* 2. *linea.* 13. à *fine* *deleatur*, Saluatores mei. *Eodem psalmo* & *versu*, *deleatur*, Trium beatitudinum. *Eadem pag.* *linea.* 14. *deleatur*, Ad trium beatitudinum. *Fol.* 69. *pag.* 1. *lin.* 25. *versu.* 2. *deleatur*, Sed malè.
- Psal.* 42. *in annotatione ad versum.* 3. *fol.* 70. *pag.* 1. paulò *ante medium*, *deleatur*, Sed fortè mysterio læso.
- Psal.* 44. *in expositione primi versus.* *fol.* 72. *pag.* 2. *lin.* 7. à *fine*, *ibi*, Loquor ante hanc, *deleatur* vox, ante.
- Psal.* 108. *in annotatione ad quintum versum.* *fol.* 165. *pag.* 2. *linea.* 2. à *fine* *deleatur* ab illis verbis, Et noui qui hoc, *vsque ad verba sequentis pagina*, *ibi*, ex Hebræo esse vertendum.

Ex commentarijs in quatuor euangelia.

Prefatio in quatuor euangelia, Ad Christianos lectores, cuius initium est, Qui Dñm nostrum Iesum Christū, tota præscindatur.

In Matthæum.

Cap. 1.

- Cap.* 1. *in impress.* anni. 1526. *fol.* 4. *pag.* 2. *ante medium*, *deleatur* ab illis verbis, Ego potius crediderim, *vsque ad illa verba*, *in fine sequētis pag.* Redemptionem humanam, nisi synagoga.
- Eod.* *cap.* *in illud*, Cum esset desponsata mater eius, *fol.* 5. *pag.* 2. *lin.* 9. *ibi*, fuisse solum sponsam, *deleatur dictio*, solum.
- Ibidem lin.* 10. *deleatur* item vox, solum: & *in fine eiusdem linea*, *deleatur*, Semper innupta.
- Folio.* 6. *pagina.* 2. *linea.* 13. *deleatur*, non præbuiisset serpenti antiquo: & *legatur*, non sumpsisset serpens antiquus.
- Cap.* 2. *in illud*, Et tu Bethlehem, *fol.* 8. *pag.* 2. *deleatur* ab illis verbis, sed oraculum Michææ, *cap.* 5. *vsque ad illa verba*, post *medium sequentis pagina*, sed Dei miserentis.
- Eod.* *cap.* *in illud*, Et responso accepto, *folio.* 10. *pag.* 1. *ad medium*, *deleatur* ab illis verbis, Verum tunc spiritu, *vsque ad*, est ambulandum.
- Cap.* 3. *in illud*, Pœnitentiam agite, *fol.* 13. *pag.* 2. *lin.* 1. *deleatur* ab illis verb. Est autem $\mu\epsilon\tau\alpha\ \nu\omicron\iota\alpha$, *vsque ad*, id est resipiscentiam.
- Eodem cap.* 3. *in enarratis de Galilæis.* *fol.* 16. *pag.* 1. *ad medium*, *deleatur* ab illis verbis, Nam lecta quantūcunque videatur, *vsque ad verba pagina sequentis*, *ibi*, detexit apertissimè.

S 2

Eodem

- Eodem cap. 3. & fol. 16. pag. 2. antemedium, in illud, Omnis arbor, quæ non facit fructum, deletur ab illis verb. ergo nulla bona arbor, vsque ad, Matthæo dicens.*
- Cap. 5. in illud, Beati mundo corde, fol. 22. pag. 1. prope fin. lin. 4. à fine, ibi, adeo vt ne vel minimum quidem cogitare possint, deletur verbum cogitare: & legitur, consentire.*
- Eod. cap. in illud, Nisi abundauerit iustitia vestra, fol. 23. pag. 2. lin. 2. à fine deletur ab illis verb. Fideles autem, & qui sunt, vsque ad verba sequentis pagina, quam tenebræ delectabilior.*
- Eod. cap. in illud, Ego autem dico vobis non iurare, fol. 26. pag. 2. ante medium, deletur ab illis verbis, Verum lex noua prohibet, vsque ad verba in fine pagina, & quotidiana locutione posita sit.*
- Eod. cap. in illud, Audistis quia dictum est, oculus pro oculo, fol. 27. lin. 11. deletur ab illis verbis, hæc autem retaliationem, vsque ad verba pagina sequentis lin. 4. ibi, in veteri lege contenta.*
- Cap. 6. in illud, Attendite ne iustitiam vestram, fol. 29. pag. 1. paulo post medium, deletur ab illis verbis, quam gratis superna voluntas, vsque ad finem, faceremus.*
- Eod. cap. 6. fol. 30. pag. 1. paulo post medium, in illud, Panem nostrum supersubstantialem, deletur ab illis verb. Quare si quispiam, vsque ad, tertia petitio.*
- Eod. cap. & fol. pag. 2. lin. 3. delet. ab illis verb. Veruntamen si lethali,*

pag. 1. post medium, deletur ab illis verbis, Et proinde ille solus est colendus, vsque ad, Deum adora.

In Lucam.

- Cap. 1. in illud, Vt conuertat corda patrum in filios, fol. 185. pagina. 1. post medium, deletur ab illis verbis, suam iustitiam non operibus, vsque ad, per gratia ipsius.*
- Eodem cap. & folio pagina. 2. post principium, deletur ab illis verbis, Hinc fit, vt videri possit angelus, vsq; ad, quod rei probauit euentus.*
- Cap. 3. in illud, Qui habet duas tunicas, fol. 199. prope fin. deletur, ab illis verbis, neque gratia salutis, vsque ad, Dei bonitati.*
- Eod. cap. in illud, Existimante autem populo, & cogitantibus, fol. 199. pag. 1. linea. 12. à fine, deletur ab illis verbis, quam vitæ rigiditatem Ioannes, vsque ad, non expresserunt.*
quo enim ad quæstionum, &c. vsque ad versic. At
ne, quod me, &c. in fin. pag. exclusiue.

Dialogo. 5.

Pag. 662. vbi agit de Hydalberto, deleantur hæc verba ad fin.
pag. Succurrit nunc mihi hoc eius de Roma disti-
chon, cum eodem met disticho, quod incip. Vrbs fœ-
lix, &c.

Dialogo. 6.

Pag. 692. lin. antep. deleantur hæc verba, Sed & hodie ipse
nouus qui sacerdotia, & quidè ampla, hac histrio-
nica arte sunt assecuti.

Dialogo. 8.

Pagina. 938. deleatur totus versiculus, At nunc (mihi
apud vos, &c. vsque ad versic. Sed iam plus nimio
exclusiue.

In Dialogis de poetis nostrorum temporum,
iuxtà impresionem Oporini,
anno. 1560. in fol.

Dialogo. 2. ubi agitur de Oecolampadio, Bucero, Sturmio, & Philippo Melächthone, paululum ante med. dialogi, del. illa verba: Sed hæc deflere potius, quàm emédare possumus: cùm quidè cum paucis sapere melius sit, & cum multis viuere.

Opera eiusdem de Vrbanæ descriptionis incommodis, tum etiam Progymnasma aduersus literas & literatos: & quæ denauijjs scripsit, nihil continent censura dignum.

Aenigmata antiquorum, & Pythagoræ symbola, tum duo libelli eiusdem autoris, aduersus ingratos, nihil habent censura dignum: ideóque permittuntur.

In libro eiusdem De annis & mensibus, cæterisq; temporum partibus, deletur initium, vsque ad illa verba, te, certissima huius patriæ salus, Regina, ac Princeps Renata, inuoco, vt mihi, quo cepisti præsentis numine aspires.

Permittitur etiam opus eiusdem de Herculis vita, demta tantùm epistola nuncupatoria.

Præterea Syntagma de Musis: & Epithalamia, permittuntur.

MAR-

M

MARTINUS
Martinez.

Ex libris Hypoyposeôn, magistri Martini Martinez Cantapetrensis, Salmanticę, seu alibi, impress. ante annum. 1582.

In præmio eorundem librorum, fol. 8. pag. 2. lin. 5. impress. anno. 1565. ibi, Merfa est & huiusmodi, deletur, & huiusmodi. Eadem lin. ante illud, Ab interitu & morte, addatur, & quantum ad hoc, vt legatur, & quantum ad hoc ab interitu & morte.

Lin. 8. eiusdem pag. ibi, De hac anima Philo, deletur, hac anima, & legatur, De qua Philo.

Libro. i.

Cap. 1. col. 16. deleantur illa verba: propter ignorantia artis Grammaticæ. Ibidem, in glossa marginali, quæ incipit, Paulus, deletur, & artis Grammaticę ignarus.

Cap. 4. col. 33. ante medium, deletur ab illis verbis, Quippe in libris propheticis, vsque ad, quã odoratos fuisse. In fine eiusd. cap. col. 38. ibi, explosa fuerit, delet. explosa, & loco illius ponatur, prætermissa.

Cap. 6. col. 42. lin. 4. ibi, Ad Licinum desumptum, addatur,

Z tur,

itur, Quamuis hæc, quæ DD. Hieronymus, & Augustinus docuerunt vera sint, tamen, post concilij Tridentini decretum, non licet vulgatæ Latinæ testimonia, quouis prætextu, rejicere: prout in ipsius concilij decreto constitutum est.

Col. 4.7.c.7. paulo post princip. delet. ab illis verbis, Postcâ Paulus, vsq; ad, detorsit, *inclusivè: & legatur*, Postea Paulus in eâ significatione hoc nomine usus est.

Cap. 15. col. 75. paulo post princ. ibi, Puto arti dialecticæ comparari, *deletur*, dialecticæ, & *legatur*, sophisticæ.

Lib. 2.

Cap. 1. col. 93. in fine, delet. ab illis verb. Vnde nescio qua licentia, vsque ad, acquiescamus.

Eod. cap. & col. in fine, deletur ab illis verbis, Quod fieri non debet, vsque ad, an appellativum.

Col. 96. lin. 11. ibi, esse vitium dignum animaduersione, *deletur*, vitium.

Cap. 2. col. 138. ante medium, ibi, Lucidissimus, & lucis fons Deus est, *addatur*, vel interpretandi sunt sancti, quod loquantur de visione cõprehensua, qua solus Deus est sibi cognitus.

Eod. cap. col. 147. paulo post princip. lin. 12. ibi, Ignorantiã accepit, *deletur verbum*, accepit.

Col. 151. lin. 8. ibi, Super principiatũ principiatũ, *delet.* *secũdo loco*, principiatũ, *et legatur eius loco*, principiiũ.

Cap. 3

Cap. 3. col. 171. post mediũ, ibi, Vnam hypostasin, ex vtraque effectam, *deletur*, effectã, & *legatur*, cõpositã.

Col. 174. ad med. ibi, Et caro deificari dicitur: & Deus ri, *addatur*, idest, assumpta est caro à verbo, ita vt caro Dei dicatur, & homo ipse dicatur Deus.

Cap. 4. col. 194. deletur ab illis verbis, Ex his facile colligere possumus, vsque ad, accommodatiũs.

Lib. 3.

Cap. 1. col. 215. lin. 3. à fine, deletur, Contrariè non.

Col. 216. prope fin. delet. ab illis verb. Nam actiones Christi, vsque ad, esset essentia humana.

Cap. 4. in annot. col. 261. in prin. lin. 7. ibi, Et in David suscipiendum, *addatur*: Hactenus Origenes cuius sententia rejicienda est: prout constat ex dictis in hoc ipso capite.

Col. 265. ad med. delet. ab illis verb. Alioqui nõ fit verisimile, vsq; ad, prorupisse, *et addatur*: Hæc sententia falsa est, prout constat ad Hebr. 11. & ex Iacob. cap. 2.

Col. 266. ad med. ibi, Tres generationes amputavit, *addatur*: Hactenus Beda: Sed sine dubio Cainam ponenda est, prout ponitur à beato Luca.

Col. 267. in fine deletur ab illis verb. De hoc Booz, quod non potuerit, vsque ad, de quo, Matthæi. 1.

Col. 275. in fine, ibi, Paternis iussibus obsecũdantẽ, *addatur in marg.* His Eusebij verbis, in quibus Aria-

Z 2 nis

nis fauens, inducit filium, in creatione paternis iusibus obsecundantē, non est adhibenda fides.

Lib. 4.

Col. i. col. 307. lin. 6. *ibi*, Et tres versus, *addatur*, ex supra dictis constat, huius auctoris Rabbi Moyfi sententiam non esse omni ex parte veram.

Col. 308. paulò post medium, *deleatur ab illis verbis*, At quæ res adhuc, *vsque ad*, legislatore.

In fin. lib. 4. col. 335. lin. 1. *deleatur ab illis verbis*, Scito tamen titulos, *vsque ad*, fidas temerè.

Lib. 5.

Col. 371. paulò ante medium, *deleatur ab illis verbis*, Crebrò scholasticos, *vsque ad*, lapsi sunt errore.

Col. 378. ante finem, *deleatur ab illis verbis*, Nam quis est, nisi demens, *vsque ad*, angeli discunt.

Lib. 6.

Cap. i. colum. 403. prope finem, *deleatur ab illis verbis*, Ita tamen ni fallor, *vsque ad*, sequatur creatio.

Col. 417. ad principium, lin. 8. *ibi*, rectè essent translata, *deleatur*, rectè. Et post octo lineas, *deleatur ab illis verbis*, nam in hoc cessatum est, *vsque ad*, canones Hebraicæ linguæ.

Col. 421. paulò post medium, *deleatur ab illis verbis*, Quòd si Au-

si Augustinus, *vsque ad*, putasset.

Col. 433. lin. 4. à fine, *ibi*, Abutuntur interdum, *deleatur*, ab, & *legatur*, Vtuntur.

Lib. 7.

Col. 495. ad medium, *ibi*, Nemo est, qui dubitet, *addatur*: Sed hæc allegoria rerum est: altera enim est allegoria verborum, de qua Suidas ait.

Col. 503. post principium, *ibi*, Propter naturam peccatricem assumptam, *deleatur peccatricem*, & *legatur*, in similitudinem peccati.

Col. 513. post medium, *ibi*, Qui non stant iuxta literam, *deleatur*, iuxta literam, & *legatur*, iuxta literæ propriam significationem.

Columna. 525. paulò ante finem, *deleatur ab illis verbis*, Aduerte, quòd leges multæ, *vsque ad*, custodiri poterunt: & *legatur*, Aduerte quòd multa in scripturis dicuntur, quæ tamen in viris, quantum uis sanctis, non sunt impleta: verbi gratia. *Ibidem*, *deleatur glossa marginalis*, cuius initium est, Leges à Domino latæ.

Lib. 8.

Cap. i. col. 565. ad medium, *ibi*, Abutitur, *deleatur*, ab, & *legatur*, Vtitur.

Cap. 2. pag. 576. prope finem, *ibi*, Nam iuxta Horatiū in-

- quiunt illi, *deleatur*, inquit illi. *Col. 578. in principio, ibi*, Nemo dat mercedem ei, qui à malo abstinet, *addatur*: Intelligendus est Theophylactus, quando quis abstinet à peccato sine actu positivo, quo resistit peccato.
- Col. 579. lin. 11. à fine, deleatur*, Se neglecto. *In fine cap. 2. col. 583. ibi*, Quod non cogitur, & offertur: *addatur in margine*, Intellige Hieronymum de obsequio supererogationis: quod offertur per votum.
- Col. 584. ad medium, ibi*, Quoniam prophetae & lex non memores fuerunt regni caelorum, *addatur in margine*: Intelligit Theophylactus prophetas non adeo frequenter, & clarè memores fuisse regni caelorum.
- Col. 587. ad medium, ibi*, De promissionibus infelicitatis, *deleatur*, infelicitatis, & *legatur*, felicitatis.
- Cap. 4. in principio, col. 589. deleatur illud*, vsuram quoque in legè tulit.
- Prope finem eiusd. cap. col. 594. deleantur illa verba*: Contraria sententia propius ad veritatè accedere videtur.
- Cap. 6. col. 610. lin. 2. à fine, ibi*, Diuinis obaudire, *deleatur*, obaudire, & *legatur*, aduersari.
- Col. 611. paulò ante medium, ibi*, Idololatriæ vanitatè ipsis immisit, *addatur*, Hæc Iustini, & Epiphaniij sententia non est vera: quia Adam nunquam amisit fidè.
- Ibidem*

Ibidem paulò post, deleantur illa verba, Quo ex tempore idolorum error pullulauerit, iam diximus.

Col. 627. ad medium, deleatur ab illis verbis, Isaia. 16. mitte vsque ad, dominatori &.

Lib. 9.

- Regula. 2. fol. 2. col. 3. lin. 7. ad principium, deleatur*, Violenta est, & ab euangelistæ mente aliena, & *legatur*, Minus propria videtur.
- Regula. 5. folio. 3. col. 4. ad principium, linea. 4. deleatur ab illis verbis*, Sed quomodo potest hoc, vsque ad, alius ex Ruth.
- Reg. 21. fol. 8. col. 2. post medium, deleatur ab illis verbis*, secundo colligo, vsque ad, art. 3.
- Reg. 40. fol. 13. col. 2. ad principium, lin. 12. ibi*, frustra que, *deleatur*.
- Ead. reg. & fol. col. 3. lin. 13. ibi*, Quod profectò scholastici, *deleatur* vox, scholastici.
- Reg. 43. fol. 14. col. 1. paulò post medium, deleantur illa verba*, Quàm vana sit illa quaestio.

Lib. 10.

Reg. 26. fol. 29. col. 2. ad medium, ibi, Reuocandos scholasticos, *deleatur* vox, scholasticos, & *legatur*, Reuocandos eos. *Et parùm infra, deleat. ab illis verbis*, vt an potuerit assumere, vsque ad, siue simulatè.

Regul. 42 fol. 33. col. 3. ad principium, deleatur ab illis verbis, hanc regulam, usque ad, visus sit.

M I C H A E L

Beutherus.

Ex Michaelis Beutheri Fastis &
Ephemeridi-
bus.

In. 2. parte, deleatur utraque epistola dedicatoria.

Deinde mense Februario, die. 16. ubi agit de Philippo Melanchthone, deleantur illa verba, Vir in omni literarū genere clarissimus: quem innumeri, & ijdē eruditione, ac virtute præstantes viri, præceptorem hodie appellant, & venerantur.

Die. 27. ubi sunt illa verba, Martinus Bucerus Theologus, deleatur verbum, Theologus.

Mense Martio, die tertio, ubi sunt illa verba, Obijt Vinarie Christianissimus Princeps Ioannes Fridericus, &c. deleantur illa duæ voces, Christianissimus Princeps.

Mense Maio, die. 12. ubi sunt illa verba, Natus est Christophorus, præclarus Dux Vittembergensis, deleatur verbum, præclarus.

Mense Iulio, die. 6. ubi sunt illa verba, Eduardus. VI. Angliæ Rex, admirandæ indolis adolescens, deleantur

leantur postrema hæc verba, admirandæ in dolis adolescens.

Die. 30. ubi agit de Roberto Barnes, deleantur illa verba, Theologus eruditione & virtute insignis.

Mense Augusto, die. 12. ubi agit de Christiano, Friderici Holsatiæ Ducis filio, deleantur illa verba, Insigni pietate laudatissimus.

Mense Octobri, die. 4. ubi agit de Helio Eobano Hesso, deleatur illa verba: Poeta longè clarissimus: cuius quæ extant poemata quæ plurima, posteritas non immeritò nobiscum admirabitur.

Die. 11. ubi agit de Hulderico Zuinglio, deleantur illa verba, Theologo: quæ vna in aciem, nescio qua de causa, præter necessitatem eduxerant.

Mense Nouembri, die. 24. ubi agit de Hulderico Zasio, deleatur illud verbum, clarissimus.

Mense Decembri, die. 1. ubi agit de Marcino Luthero, deleantur illa verba, Contra Pontificias indulgentias, quas in Saxonis passim locis scurriliter admodum exaggerabat Ioannes Deczelius Dominicafter, primum scripsit: quæ res postea multas, & varias de doctrina ecclesiastica disputationes, quas nunc etiam ob oculos quotidie cernimus, excitauit.

Papa, qui dum ad extrema venisset, &c. vsque ad illud. 34. post linea, & plurimum eis prodest, si dicatur deuotè.

Fol. 314. deleatur tota exorcismus luciferina: cuius initium est: Adesto Dñe tui famuli, &c. Deleatur itē alia exorcismus Cypriani, cuius initium est: Ego Cyprianus, &c. vsque ad Euangelium Ioānis, quod est ad calcem fol. 340.

ORTHODOXOGRAPHIA.

Ex Orthodoxographis, seu Theologiæ sacrosanctæ, ac sincerioris fidei doctoribus, num. 76.

In ipsō titulo operis, deleatur illud verbum, Ac sincerioris fidei.

Item tollatur tota epistola dedicatoria.

Protoeuangelium Iacobi, fratris Domini, & Nicodemii euangelium, quæ sunt posita initio primi tomi, penitus expungantur.

Hermæ, Pauli discipuli, libri tres, qui alio nomine, liber pastoris, nuncupatur, propter eius antiquitatem permittitur, verum tanquàm apocryphus: cuius non liceat dictis, & authoritati fidere. Atque idē iudicium esto de Testamento duodecim Patriarcharum, quod in fine. 2. tomi, huius operis positum est.

Deleatur tota Epistola Vdalrici, episcopi Augustani, de cælibatu cleri.

Item

Item totus liber Bertrami presbyteri de corpore & sanguine Domini, penitus auferatur.

P

P E T R U S

Crinitus.

Ex Petri Criniti libro de honesta disciplina.

Lib. 7. cap. 13. deleatur totum caput: atque eius titulus, cuius initium est, de Bonifacio Pontifice Romano.

Lib. 9. c. etiam. 9. linea. 15. deleatur quod reliquum est ab illis verbis, Neque enim pertinere ad religionem putauit, vsque ad vltima verba capitis, maximè Augusto Iustiniano.

Lib. 9. cap. 10. in fine capitis pag. 280. deleatur, Quod à nobis, vsque ad, exercent.

Lib. 14. c. 5. pag. 371. deleatur ab illis verbis, Ita enim fit vt humanum genus, vsq; ad, pecunia & probro multatus esto.

P L A T O.

Ex platonis operibus, cum interpretatione, & annotationibus Ioannis Serrani.

Tomò

Reijciatur, Epistola dedicatoria ad Elifabetham, Angliæ reginam, *præfixa initio primi tomi.*

In præfatione ad studiosum lectorem, sect. 4. versus finem, ubi ait, Imaginē illam Dei, in hominis animo corporis vinculis illigato, & in illius sordes immerso vix, ac ne vix quidem, constare, *deleatur illud*, ac ne vix quidem.

In ead. præfatione sect. 9. sub finem, deleant illa verb. Tūm Ioānis Sturmij, viri clarissimi, patrociniū: qui solidam, luculentamq; defensionē de Platonis philosophia conscripsit.

Post præfationem secuntur epigrammata Græca, & Latina: Ex Latinis epigrammatis, deleatur Epigramma primum, autore Theodoro Beza Vezellio.

Argumento in Phadonē, versus finem (hoc est, in impressione ann. 1578. apud Henricum Stephanum, pag. 56.) deleatur illa verba, Beneficium Christi ignorās, quo iustificatur impius, &c. *vsque ad illud*, fœlicitatis ratio definitur.

In eodem dialogo, aliquantò ante finem (nempe pagina. 113.) deleatur illa annotatio marginalis, Ethnici purgatorij descriptio, cum quinque proximis annotationibus marginalibus.

In Sophista (nempe pag. 216.) in 2. annotatione marg. deleatur extrema

rema verba: Quemadmodum & præclaris titulis re pseudodidascali solent se fricare.

Argumento in Euthydemū (nempe pag. 269.) sect. 2. argumenti, versus finem, deleantur illa verba, At quanta tenebrofæ ignorantix caligine proxima patrū nostrorum ætas, &c. *vsque ad fin. sectionis, ubi sunt illa verba*, condemnant pleriq;

In eod. dialogo, aliquantò post principiū (nempe, pag. 275.) scholio 2. deleantur illa verba, At istarum importunissimarum subtilitatum, &c. *vsque ad illud*, in vtramque partem de eadem re disputant.

In eod. dialogo, versus finē (nimirum pag. 303) schol. 1. deleantur postrema verba: Qualium multa exempla pseudotheologorum cœnosæ scholæ, & literæ demonstrant.

In Protagora, ante med. dialogi (hoc est pag. 347.) schol. 1. deleantur illa verba: Quales scenarū actus, quam plurimos habēt pseudotheologorū scholæ, & libri.

In Hippia minore, initio dialogi (vel pag. 364.) deleantur ex scholio extremo illa verba: Cuiusmodi inutilis laboris exempla apparent in Theologastrorum scholijs, & scriptis.

Epistola dedicatoria ad Iacobum sextum Scotorum Regem, *tota deleatur.*

Argumento in Philebum, sect. 3. ante finem (vel pag. 6. post medium) deleantur illa verba: Neque hæ veræ virtutes, &c. vsque ad illa verba. 4. post lineam, spectra, & larvæ verarum virtutum.

Tomo. 3.

Epistola dedicatoria ad Bernatum rempublicam, deleatur tota.

Argumento in Timeum, sect. 15. (vel potius, pag. 10. ante medium) deleantur illa verba, Verum, ut unicuique liberum hac de re fuerit iudicium, &c. vsq; ad illud, perhumaniter exposuit.

Ibidem, in annotationibus quæ proponuntur Timæo Platonis, num. 114. deleatur tota annotatio, cuius initium est, Verum est, animum & corruptum esse, & purgatione indigere, ineptissimum tamen, &c.

Ibidem, num. 116. deleatur tota annotatio, cuius initium est, Verum est, neminem vltro esse malum.

Sub finem eiusdem dialogi (nempe pag. 89. deleatur annotatio marginalis tota, quæ incipit, Σὺ μὲν ἔγεις illius, quæ animi & corporis dixerat esse remedium, &c.

Argumento in Symposium (nempe pag. 169. paulo ante medium) deleantur illa verba, Si in Porphyrio Iamblico, Proclo, eadem excusatio, &c. vsq; ad illa verba, quæ sunt post. 20. circiter lineas, summo Dei beneficio compendium.

In

I N P L I N I U M

annotaciones.

Ex annotationibus Jacobi Milichij
in secundum librum

Plinij.

In caput. 31. in fine, deleantur illa verba, In Vngaria tres soles conspecti sunt paulo ante mortem Ludovici Regis, &c. vsque ad finem annotationum totius capituli.

In caput. 63. paulo post principium, deleantur illa verba, Homines enim cõditi in terra, sunt sacri magis ipso terræ numine, &c. vsque ad illa verba, sacramento, id est, cæremonia.

P R O C O P I U S

Gazæus.

Ex Procopij Gazæi, sophistæ, commentarijs
in octateuchum, Conrado Clauero
Tigurino interprete.

Auferatur, Epistola dedicatoria.

Ex Indice deleatur illa propositio: Seduciores non sunt perimendi.

Genes. 34. ante medium, deleantur illa verba, Si verò euenit alicui fideli, ut seduceretur peruersa reli-

Aa gione,

gione, &c. usque ad illud, qui dixit ad Petrum, conuertere gladium tuum, &c. vel, quoniam fortassis ea fuit Procopij ipsius sententia (nam Græci exemplaris non erat copia) satis erit ad marginem adscribere, Hæc verba cautè legenda.

Exodi. 20. in illa verba, Non erunt tibi Dij, præter me, deleantur illa verba, Quoniam proculdubio vitiatus est locus: nempe vitulorum, quibus apud Aegyptios, &c. usque ad illa verba, numina Aegyptiaca colere:

R

RAYNERIUS.

Ex Raynerij argumentis, appositis super Psalmos in nonnullis tantum impressionibus.

Psal. 1. ubi legitur, Credentis typum describit, legatur; Pij typum describit.

Psal. 3. deleantur illa verba: Per fidem purgata conscientia resurrexerit.

Psal. 4. deleantur illa verba. Potius offerre Dño sacrificium iustitiæ. i. Deum in omnibus iustū prædicare, &c. usque ad illud, Sacrificiū iustitiæ, id est, ipsa iustitia.

Psal. 6. deleantur illa verba: Deum nullam ad impio

nam exigere: dummodo resipiscat: sed protinùs summis miserum leuare malis.

Psal. 29. deleantur illa verba. Imprecatur fideles, vt Deus pater Christi pro ipsius preces exaudiat, per què sperant salutem, & non per alium, vt impij.

Psal. 24. deleantur illa verba: Cordis oratio est cum multa ad Deum fiducia: quam non possibile est, vt Deus non exaudiat, secundum Christi in euangelio promissionem.

Psal. 27. deleatur totum argumentum.

Psal. 31. deleantur illa verba, Canit cuncta venire mala à peccatis.

Psalmo. 33. deleatur verbum, fidelis, & eius loco ponatur iustus.

Psal. 39. deleatur totum argumentum.

Psal. 49. deleatur totum argumentum.

Psal. 51. deleatur totum argumentum.

Psal. 61. deleatur totum argumentum.

Psal. 65. deleantur illa verba, Modo profus illi fidamus, &c. usque ad finem argumenti.

Psal. 75. deleatur totum argumentum.

Psal. 77. deleatur totum argumentum.

Psal. 82. deleatur totum argumentum.

Psal. 87. deleatur totum argumentum.

Psalmo. 90. deleatur totum argumentum.

Psal. 99. deleatur totum argumentum.

- Psal. 105. deleatur totum argumentum.*
- Psal. 113. deleatur totum argumentum.*
- Psal. 124. deleatur totum argumentum.*
- Psal. 128. ubi legitur, Quisque fidelis, deleatur vox, fidelis, & ponatur, iustus.*
- Psal. 129. deleatur totum argumentum.*
- Psal. 145. deleatur totum argumentum.*
- Psal. 150. deleatur totum argumentum.*

S

SYMMACHI

epistolarum notæ.

Ex Symmachi epistolis, cum notis Francisci Iureti.

Epist. 24. lib. 1. ab illis verbis, Nunc verò nominis, vsque ad illa, spurcum cadauer, expungatur.

T

IN TERTULLIANI

opera annotationes.

Ex annotationibus Beati Rhenani in Tertullianum.

In

In argumento in librū de carne Christi, paulo post princ. deleāt. illa verba: In hoc libro sunt, quæ euariant à placitis recētorum Theologorum: vt, quod, de fratribus loquens, dicit, &c. vsque ad illud, Quo vix aliū Christianus orbis antiquiorem habet.

In argumento in librum de præscriptionibus aduersus hereticos, circa medium, deleātur illa verba: Hanc nulli loco affigit.

In annotationibus in. 1. librum contra Marcionem, num. 10. deleantur illa verba: Et hodie quidā carnibus pisces præferunt.

In argumento in librum. 5. contra eundem, in fine, deleantur illa verba, Porrò quod omnibus epistolis excusis, præter eas, quæ sunt ad Titum, &c. vsque ad finem argumenti.

In argumento libri contra Valentinianos, paulo post princip. deleant. illa verb. Vide quātum Christianismo semper nocuerit philosophia.

In annotationibus in librū de Corona militis, paulo ante med. ubi declarat illud, Tertulliani verbū, Eucharistiæ sacramentum, deleant. illa verb. Conradus Pellicanus, homo miræ sanctitatis, ac eruditionis.

Ibidē, paulo post, in illa Tertulliani verba, Oblationes pro defunctis, deleatur illud, Vnde anniuersariorum sacrorum, cum eleemosynis, origo: quæ apud nos perpetua instituūtur. Deleatur etiam similis anno-

Index

tatio marginalis, in lib. de Monogamia, ex omnibus impressionibus, ubi posita fuerit.

Ibidem, num. 9. in illa verba, Conquirendum an in tot Christi mili. deleatur tota annotatio, usque ad illa verba, apostolos nobis representantes.

Argumentum libri de Pœnitentia totum expungatur: nam commodè repurgari non potest.

In annotationibus in eundem librum de Pœnitentia, in fine, deleatur integra annotatio in illa verba, Institutam à Domino exomologesin sciens, usque ad finem.

In argumento libri Exhortationis ad castitatem, in medio, deleantur illa verba, Quanquam veteres omnes, atq; adeò Hieronymus ipse, matrimonio parùm æqui fuerint, &c. usque ad finem argumenti.

In exemplari Basiliæ, apud Frobenium, impresso anno 1528. in argumento libri de præscriptionibus hereticorum, deleantur illa verba, Ex hoc libro facile liquebit lectori, qui non sit omninò stupidus, & quæ secuntur usque ad finem.

Ex lib. 4. aduersus Marcionem, statim post num. 50. vel. 51. (propter varias impressiones) deleantur illa verba, Baptisma, & Eucharistia, duo sacramenta primitiæ ecclesiæ.

THEA-

expurgatorius.

188

+ THEATRUM vitæ humanæ.

Ex Theatro vitæ humanæ, à Conrado Lycosthene Rubeaquese inchoato, & à Theodoro Zuinggero, medico Basiliensi, absoluto, ex repurgatione & impress. Parisiensi, apud Sonnium
M. D. LXXI.

In præfatione, col. 6. post medium, lin. 48. deleantur illa verba, Felicis, & æternæ memoriæ vir.

Tomo primo.

Lib. 1. tit. Philosophia diuina, in initio tabulæ. §. qui incipit, Autoritate potius, col. 175. deleantur illa verba, Vtrinque peccatum, &c. usque ad illa, contrariam esse crediderunt.

Eod. lib. tit. Metaphysici. §. 5. Hermes, col. 177. del. illa verba, Primus de sacrosancta Trinitate, &c. usque ad finem. §.

Eod. lib. tit. Ecclesiastæ, apostoli, concionatores, col. 181. deleatur titulus, Primi seculi, qui incipit, Ex centurijs ecclesiasticæ historiæ, &c. usque ad illa verba, tantùm attigerimus.

Eod. lib. tit. Seculi. 4. §. 25. Athanasius, col. 189. ad fin. §. del. an. illa verba, Et pro ecclesia passus esset, &c. usque ad finem. §.

AN 4. Col.

- Eodem lib. 1. eodem tit. Seculi. §. 17. Cyrillus, col. 193. deleantur illa verba, Ambitiosus tamen fuit, &c. vsque ad finem. §.*
- Ibidem. §. 27. Alipius, col. 195. deleantur illa verba, Item & Romano Pontifici, &c. vsque ad finem. §.*
- v Ibidem. §. 34. Leo, col. 196. deleantur illa verba, Primatū Romanæ ecclesiæ, vsque ad illa, alias ecclesias, & ibidē in fine, deleantur eadem verba.*
- Ibidem. §. 50. Hilarius, columna. 198. deleantur illa verba, Infensus ei fuit, &c. vsque ad finem. §.*
- Eod. lib. 1. tit. Hæretici, falsi doctores. §. 7. Saturninus, col. 205. deleantur illa verba, Imagines Christi, &c. vsque ad illa, & adorabant.*
- Ibidem. §. 13. Cataphrygæ, col. 206. deleantur illa verba: Ieiuniorum leges introduxit.*
- Ibidem. §. 51. Pelagiani, col. 210. deleantur illa verba, liberum arbitrium per Adæ peccatum perire nō potuisse.*
- Ibidē. §. 62. Monothelitæ, col. 211. deleantur illa verba. Et in ea ob id ipsum damnatus, &c. vsque ad finem. §.*
- Ibidem. §. 5. à fine, Ioannes Monteforus, col. 212. deleatur totus. §.*
- Lib. 3. tit. Prudentia in corporis bonis, sub titulo Aliorum vitæ cōsulere. §. 2. Aegyptiæ, col. 433. deleantur illa verba, Quicquid tamen horum sit, &c. vsque ad illa, mendacio velata.*

Ibidem

- Ibidem. §. 3. Rahab, deleantur illa verba. Nisi hoc mēdacio, &c. vsque ad finem. §.*
- Ibidem. §. 4. Mulier, deleantur illa verba. Debitur e quod res erat, non, &c. vsque ad finem. §.*
- Eodem lib. 3. tit. Astutia, fraus, atque dolus. §. 2. Erat Amanis, col. 627. deleantur illa verba, Erat is nō ignotus, vsque ad illa, ab eo receptam.*
- Lib. 4. tit. Mortis metus. §. 2. Discipuli, col. 653. del. illa verba. Verū nō Bariona, quē tam, &c. vsq; ad finem. §.*
- Eod. lib. tit. Morborum & ægritudinū, sub tit. Mortis naturalis, col. 664. deleantur. §. §. Ioānes Riuius, Christophorus Vucidmoserus, & Neque soli veteres, qui sunt. §. §. 2. 3. & 4.*
- Eod. lib. tit. Tolerantia, siue patientia. §. 4. Christus col. 677. deleantur illa verba, Idcirco etiā oblata postea repeti Dominus, &c. vsque ad finem. §.*
- Eod. lib. tit. Fortitudinis bellicæ. §. 50. Carolus Magnus, col. 754. deleantur illa verba, Hispanosq; malè, &c. vsque ad verbum, subiugauit.*
- Lib. 5. tit. Abstinencia vini: Ethica. §. 21. Monica, col. 792. deleatur totus. §.*
- Eod. lib. tit. Vitiū in defectu, col. 861. deleatur totus prologus, qui incipit, Ecquis huic vitio obnoxius reperiri potest? Minerimus, &c.*
- Eod. lib. 5. tit. Parsimonia in victu, in specie, sub tit. In sumptu sacrificiorū, col. 864. §. 1. Socrates, deleantur*

A a 5 illa

- illa verba*, Hoc dictum & ad nos Christianos pertinet, & c. vsque ad finem. §.
- Eod. lib. ad fin. tit.* Luxus in comitatu seruatorum. §. ult. col. 876. *deleatur totus*. §. *qui incipit*, Cyrillus.
- Lib. 7. tit.* Certamina, & æmulationes, col. 979. *deleantur*. §. *ult. & penult.* *videlicet*, Philip. Melanchthon, Eobanus Hessus.
- Eod. lib. tit.* Honores quosuis alios oblatos respuere, §. 24. Gregorius ille Magnus, col. 989. *dele. totus*. §.
- Eod. lib. tit.* Honores quosuis alios, non oblatos, indignè sibi arrogare, col. 1006. *deleantur*. §§. 5. 6. 7. & *ultimus*, *videlicet*, Innocētius, Hormisda, Ioānes, & Bonifacius.
- Eod. lib. tit.* Minores honores, & se etiam interdum indignos, ambitiosè persequi. §. 13. Theodorus, col. 1010. *deleatur totus*.
- Lib. 8. tit.* Erga hostes religionis moderatio, col. 1025. *deleatur totus*. §. D. Martinus.
- Eod. lib. tit.* Ira, & vindicta immoderata erga amicos, aut inimicos. §. *ult.* Sixtus Romanus, col. 1066. *deleatur totus*. §.
- Lib. 9. tit.* Vitia & peccata sua liberè confiteri, col. 1113. *in prologo*, *qui incipit*, Ad libertatem & veritatē, & c. *deleantur illa verb.* Idcirco non tacita tantum, & c. vsque ad illa verb. & turpitudinis exaggerationem non debeat.

Eod.

- Eod. lib. tit.* Libertas in reprehendendis aliorum vitijs. §. 36. Velanus, col. 1119. *deleatur totus*.
- Eod. lib. tit.* Vitium in excessu, col. 1139. *in prologo*, *qui incipit* Veritati in genere mendacium, & c. *deleantur illa verba*, Et respectu finis, ad quem referuntur, & c. vsque ad illa, vituperabile erit.
- Eod. lib. tit.* Aliorum errores acerbè nimium exaggerare, col. 1155. *in primo*. §. Gregorius, *deleantur illa verba*, sed, pace Gregorij, nō fuit, & c. vsque ad finem. §. *Ibidem deleatur*. §. 2. *qui incipit*, Genebaudus.
- Eod. lib. tit.* Inconstantia religiosa. §. 8. *qui incipit*, Salomō, col. 1162. *deleat. illud*, Et ab inimicis occidit.
- Tomo. 2.
- Lib. 12. col. 75. tit.* Deorum voluntatem quacūque ratione inuestigare, *plurale*, Deorum *mutetur in singulari*, Dei. *Similiter in tribus titulis sequētib. voces*, Deos, vel Dijs, *in singularia*, Deum, vel Deo *mutetur*.
- Eod. lib. tit.* Qui eremiticam, vel monasticam vitam religionis ergo amplexi sunt. §. *penult.* Dionotus, col. 116. *deleatur totus*. §.
- Ibid.* Seculo. 8. col. 117. §. 1. Ioan. Damascenus, *deleant. illa verb.* & Sarracenorum perfidię, & c. vsque ad *verbum*, simulauit.
- Eod. lib. & tit. col.* 119. §. *qui incipit*, Euagrius presbyter, *deleant. illa verb.* multa scripsit, & c. vsque ad finem. §.
- Eod. lib. tit.* Religionis correctio, *colum.* 137. *in prologo*, *qui*

- qui incipit, Religionis correctio, & restitutio, &c. *deleantur illa verba*, Et primum eorum, qui per se in religione, &c. *vsque in finem*.
- Eod. lib. 12. tit.* Concilia, & synodi ecclesiasticæ, *col. 139. in prologo, deleantur illa verba*, Ex historia ecclesiastica Magdeburgensium.
- Eod. tit. et col. §.* Aſiana ſynodus à Polycrate epifcopo, *deleantur illa verba*, aut ritum ab apoſtolis ſeruatum: neque Victoris nœnias hac in re eſſe audiendas.
- Eod. tit. & col. §.* Carthaginenſis ſynodus ab Agrippino, *deleatur*, & rebaptizandis.
- Eod. tit. §.* Mediolanenſis, mortuo Conſtante, *col. 141. deleantur illa verba*, præſertim cum *σολος* vocabulum nuſquam in ſacris literis reperiretur.
- Eod. tit. §.* Carthaginēſis. VI. ſub Honorio & Theodoſio, *col. 143. deleã. illa verb.* Nō audita altera parte.
- Eod. §. paulò inferiùs, deleatur ab illis verb.* Ac ſimul extorqueat, *vsque in finem*.
- Eod. tit. & col. §.* Chalcedonēſis ſynodus magna, *deleatur ab illis verb.* & quia Leo, Pōtifex Romanus, primatum affectabat, *vsque in finem*.
- Eod. tit. col. 145. §.* Conſtātinopolitana, à Leone Imperatore indiſta, *deleant. illa verb.* In qua ſanctorum imagines in foro combuſtæ fuerunt.
- Eod. tit. & col. §.* Conſtātinopolitana. VII. *deleatur vsque in finem*.

Eod.

- Eod. tit. §.* Rōmana ſub Hadriano Pōt. *col. 146. deleatur ab illis verb.* Deinde ius eligendi Pontificis in poſterum accipit, *vsque in finem*.
- Eod. tit. & col. paulò inferiùs. §.* Conſtātinopolitana, *deleatur vsque in finem*.
- Eod. tit. & col. §.* Francfordiana anno. 794. *deleant. illa verb.* Et Hadriani Pontificis decreta, *vsque in finem*. In ſine eiſd. tit. ead. col. paulò inferiùs, *deleã. illa verb.* Hæc hactenus ex octo ſeculoribus hiftoriæ eccleſiaſticæ Magdeburgenſ.
- Eod. lib. 12. titulo,* Crudelitatis, impietatis, perfidiæ, perſecutionis, cōtra ſacros homines, *col. 167. deleatur. §. 4. à fine, qui incipit,* Conſtātinum & Irenen.
- Lib. 13. tit.* Teſtamenta iuſtè reſciſſa, *col. 329. deleatur. §. 7.* Ludouicus vndecimus.
- Eod. lib. 13. tit.* Perfidiæ publicæ erga patriã, *col. 367. §. 6. à fine, incipiens,* Adelgarius, *totus deleatur*.
- Lib. 14. tit.* Impij, & heos, qui Deos eſſe negant. *§. ultimo,* Scelectū Brachij ſenioris, *col. 398. deleã. illa ver. qua addidit Fulgoſo, videlicet,* Si religionem, in qua Brachius nutritus fuit, &c. *vsque ad finem. §.*
- Eod. lib. 14. tit.* Sacros homines, malos, & impios, *col. 411. deleatur. §. 4.* Veneti, ſtudioſi alioqui Pontificij nominis, &c.
- Eod. lib. 14. tit.* Superſtitioſi, *col. 416. §. 9.* Conſtātinus Imperator, *deleatur totus*.

Lib. 15.

- Lib. 15. tit. Perfidi in testimonio, vero quidem, &c. col. 491. deletur totus. §. Itachius.*
Eod. lib. tit. Honores dignis adimere. §. 3. Leo Papa, col. 499. deletur totus. §.
Eod. lib. 15. tit. Literarum & doctorū hominum contemptores. §. ultimo. Paulus, col. 502. deleant. ad fin. illa verba, Homo vt indoctissimus, ita nequissimus.
Eodē lib. tit. Iniustē dānati, Dānatio iniusta. §. 4. à fi. col. 520. deletur totus. §. Dātes Florētinus, &c.
Lib. 16. tit. Inuidia. §. 7. à fi. Theophilus, col. 568. deleā. illa verb. Cū si Theophilus, &c. vsque ad illa, stru-cturam impenderet.
Lib. 17. tit. Vxorem esse ducendam certam, col. 636. deletur totus. §. vltimus videlicet, Pius. II.
Lib. 18. tit. Dysenteria, & ventris profluuiū mortui, col. 827. deletur. §. 5. Leo. &c.
Eod. lib. 18. tit. De modo moriendi, Mors placida. §. 4. Oīs virtutis fōs, col. 838. del. illa ver. In alieno monu- mēto cōdi voluit, &c. vsq; ad illa, humati fuerimus.
Eod. lib. 18. tit. Vestitus frugalis, atque tenuis. §. 5. Apo- stolorum, col. 891. deleant. illa verb. Rideant hanc tantam tenuitatem, &c. vsque ad finem. §.
Ibid. col. 892. deletur totus. §. vlt. Quāte etiā melior, &c.
Lib. 19. tit. Sacerdotes nouæ legis, pag. 987. deletur to- tus prologus, qui incipit, Euangelij sacerdotes nulli profecto alij sunt, &c.

Eod. lib. 19.

- Eod. lib. 19. tit. Serui quantum dño subijciantur, col. 1051. in prologo, qui incipit, Consule titulum, de do- minorum, &c. deleantur illa verba, Nā corpus affli- gere possunt, &c. vsque ad illa, & commutare.*
In tit. proximo sequente, De gloria & honore, in prologo, qui incipit, Gloria inter omnia fortunæ bona, &c. deleantur illa verba, qua habetur lin. 7. Eoq; fit, vt Deus optimus Maximus, non holocausta, &c. vsque ad illa, à peccatore requirat.
Eod. lib. 19. tit. Nomen alicuius delere, & obliterare, col. 1066. deletur. §. 3. Paulus.
Eod. lib. tit. Funera & exequiæ, &c. col. 1088. deletur §. vltimus, Sebast. Castalioni.

T H E O P H R A S T V S.

Ex commentarijs Iulij Cæsaris Scaligeri in
 libros Theophrasti de causis
 plantarum.

- Lib. 1. cap. 5. litera. D. ad finem, deleantur illa verba: Cū monachi ipsi, quam profitentur seruare, non fer- uent.*
Lib. 2. cap. 14. circa princip. litera. B. deleantur illa verba: Si- cuti monachi.
Lib. 5. cap. 6. circa finem, litera. C. deleantur illa verba: Qua- si ex monacho nostri temporis opus studiosum.

T H E O-

THEOPHRASTUS

Paracelsus.

Ex Theophrasti Paracelsi chirurgia minore.

*Lib. 2. c. 7. tribus aut quatuor folijs ante fin. c. deleã. illa ver.**Hæc nō admiror: cū in medicina maior impostura sit a sanctorū vicarijs v̄sitata, &c. vsq; ad illa verba, Item fritellam infernalem erga suos superiores.**Lib. de curis apertionibus, cap. 3. versus fin. deleant. illa ver.**Ad hunc modum etiã Christus locutus est nō omnibus sapientibus, vsq; ad illud, post monachos, nulla gens medicis contemptior existat.**Lib. de cura vlcerū . c. 1. ad med. del. illa ver. Sancti, pijq; viri, strictam in eremis viuendi rationē seruauerunt: non vt nōnulli dicunt, &c. vsque ad illud, nō ob sanctimoniam, aut meritum erga Deum: sed propter sobrietatem, quæ decuit eius officium.**Lib. de vermibus, & serpētibus, cap. 1. statim post initiū, del. illa ver. Quinã tñ homo primus Adã hæc omnia no uerit, & naturã ipsam, &c. vsque ad fin. totius capitis.**Eod. lib. cap. 2. cuius initiū est, Quo progressu tamē id fiat, deleatur totum.**Eod. lib. c. 4. cuius initiū est, Multo maiora, deleatur totū.**Eod. lib. cap. 10. ad mediū, deleant. illa ver. Quãquã admitto imaginationem, & fidem esse tam potētes, vt per eas nos ipsos, &c. vsque ad fin. capitis.*

THO-

THOMAS MORUS.

Ex Thomæ Mori, viri clarissimi, scriptis, in impres.
Basilææ apud Episcopium,
anno .1563.*In epistola Guilielmi Budæi ad Lupserum, de Thomæ Mori Utopia, fol. 3. epistola, lin. vit. dele. ab illis verb. Quo certè instituto Christus, vsq; ad, ac fata nostra regere.**Lib. 1. Utopia, pag. 31. lin. 7. deleat. Nō Hercule magis, quàm si essem sacerdos.**Lin. 20. eiusdem folij, deleatur ab illis verb. Nam Cardinalis, vsque ad, hoc quoque dictum.**Lib. 2. Utopia, vbi agit de religionibus Utopiensium, pag. 146. deleatur in marg. O sacerdotes nostris longè sanctiores.**Pag. 261. ex epigrāmate de nouo testamēto, verso ab Erasmo, deleatur ab illis verbis, Lex noua nam veteri, vsq; ad, Christi lex noua luce nitet.**Pag. 524. linea. 22. epistola de morte Thomæ Mori, deleatur, Multò magis licuisset hic esse tacitum. Lin. 27. eiusd. pagina, deleatur, Simplici, synceraq; cōscientia errasse. Et pag. 530. lin. 6. deleatur, Fortè fefellit eum persuasio.**Deleatur etiã tota Apologia pro Moria Erasmi ad Martinum Dorpium.*

Bb IN TIT.

IN TITUM LIVIUM

annotationes.

Ex Ioannis Velcurionis annotationibus
ad Titum Livium.

*In argumento lib. 1. ad mediũ, ubi dicitur, Quinta est acta
ætas, quasi decrepita, & confecta, sub Põtificibus
Romanis, & Cæsaribus Germanis, delean. illa verb.
Pontificibus Romanis, &.*

*In sequenti annotatione, ubi agit de Lucio Floro, in fine, deleãt.
illa verb. Sub Pontificibus Romanis, Italix Domi-
nis actam.*

*In Paraphrasi præfationis, in fine illius, delean. illa verb. Sed
à Dijs immortalibus precari, & loco eorũ ponatur, à
Deo immortalis precari.*

*In legibus Romuli, lege. 5. delean. illa verb. Hinc autẽ nata
est immunitas locorum sacrorum, & similium.*

*In legibus Tarquini superbi. §. 13. in fine, deleant. illa verba:
Quod inde per omnes Cæsares, vsq; in Põtiffices
Romanos duravit.*

*Ex annotationibus in. 2. librũ, in catalogo posito in fine libri
§. 16. delean. illa verba, quæ sunt in medio. §. Sic bonus
vir quoque officiosè mentiri nõ duxerit sibi tur-
pe, si maior inde cõmoditas alijs obueniat, quàm
dicendo vera.*

XENO-

XENOPHONTIS

operum interpretes.

*Ex Xenophontis operum interpretationibus Græcolatinis,
deleantur præfationes, & nomina hereticorum, Iochi-
mi Camerarij, Sebastiani Castalionis, Ioannis Ribirti,
Bilibaldi Pirckæimeri, & Conradi Gesneri.*

FINIS.

MADRITI

*Apud alphonsum Gomezium Regium Typo-
graphum.*

M. D. LXXXIII.

AUTORVM ET LIBRORVM,

qui in hoc Indice expurgantur,
Elenchus.

A

<i>Albertus Argentinensis.</i>	<i>Folio. 1.</i>
<i>Alonso de Ulloa.</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Amatus Lusitanus.</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Andreas Masius.</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Antonius de Rosellis.</i>	<i>fol. 2.</i>
<i>Arnaldus de Villanova.</i>	<i>ibidem.</i>
<i>In. D. Augustini opera annotationes.</i>	<i>fol. 3.</i>
<i>Augustinus Eugubinus.</i>	<i>fol. 7.</i>

B

<i>Beatus Rhenanus.</i>	<i>fol. 186.</i>
<i>Biblia Roberti Stephani.</i>	<i>fol. 8.</i>
<i>Biblia altera.</i>	<i>fol. 18.</i>
<i>Biblia Santis Pagnini.</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Bibliotheca Sanctorum Patrum.</i>	<i>fol. 20.</i>
★★	<i>Calius</i>

INDEX

C

<i>Celcius Pannonius.</i>	fol. 72.
<i>Carolus Molinæus.</i>	fol. 22.
<i>Christophorus Landinus.</i>	fol. 72.
<i>Chrysostomus Iauellus.</i>	fol. 71.
<i>Claudius Espenceus.</i>	fol. 72.
<i>Compendio dell' historia del regno di Napoli.</i>	fol. 73.
<i>Concordantiarum Hebraicarum capita.</i>	ibid.
<i>Conradus Gesnerus.</i>	ibidem.
<i>In. D. Cyrilli opera annotationes.</i>	fol. 74.

D

<i>Didacus Stella.</i>	fol. 75.
------------------------	----------

E

<i>Elias Levita.</i>	fol. 175.
<i>Epigrammata Græca.</i>	fol. 80.
<i>Epigrammatum flores.</i>	fol. 79.
<i>In Epiphaniij opera annotationes.</i>	fol. 80.
<i>Erasmus Roterodamus.</i>	fol. 81.
<i>Erasmus</i>	

INDEX.

<i>Joannes Forsterus.</i>	fol. 164.
<i>Ioannes Langus.</i>	fol. 181.
<i>Ioannes Petrus de Ferrarijs.</i>	fol. 165.
<i>Ioannes Serranus.</i>	fol. 183.
<i>Joannes Velcurio.</i>	fol. 193.
<i>In. D. Frenæi opera annotationes.</i>	fol. 167.
<i>Juan Huarte de sant Juan.</i>	fol. 116.
<i>Julius Cæsar Scaliger.</i>	fol. 192.
<i>In Jus canonicum additiones.</i>	fol. 22.
<i>In Justinij opera annotationes.</i>	fol. 171.

L

<i>Laurentius Valla.</i>	fol. 172.
<i>Leo Baptista Albertus.</i>	fol. 172.
<i>Leodegarius à Quercu.</i>	fol. 79.
<i>Leonardus Fuchsius.</i>	fol. 172.
<i>Levinus Lemnius.</i>	fol. 174.
<i>Lexicus Chaldaicus.</i>	fol. 175.
<i>Lilius Gregorius Gyraldus.</i>	ibidem.

M

<i>Martinus Martineſ.</i>	fol. 177.
<i>Michael</i>	

INDEX.

Michael Beutherus. fol. 180.

N

In Nicephori opera annotationes. fol. 181.

O

Ordo baptizandi. fol. 181.
Orthodoxographa. ibidem.

P

Pandolpho Collenutio. fol. 73.
Petrus Crinitus. fol. 183.
In Platonem annotationes. fol. 183.
In Plinium annotationes. fol. 185.
Procopius Gazæus. fol. 185.

R

Raynerius. fol. 185.
Robertus Stephanus. fol. 8.
In

INDEX.

Erasmus in. D. Augustinum. fol. 3.
Erasmus in. D. Hieronymum. fol. 126.
Erasmus in. D. Hilarium. fol. 135.
Erasmus in. D. Irenæum. fol. 167.
Eucherius. fol. 114.
Eutapius Sardinus. fol. 115.
In Eusebij Chronicon additiones. fol. 115.
Examen de ingenios. fol. 116.

F

Franciscus Duarenus. fol. 118.
Franciscus Juretus. fol. 186.
Franciscus Polygranus. fol. 120.

G

Gaudentius Merula. fol. 120.
Genebrardus. ibidem.
Georgius Purbachius. ibidem.
Guilielmus Budæus. fol. 121.
** 2 Ha-

INDEX.

H

<i>Hadrianus Iunius.</i>	fol. 122.
<i>Henricus Stephanus.</i>	fol. 123.
<i>In. D. Hieronymi opera annotationes.</i>	fol. 126.
<i>Fray Hieronymo Roman.</i>	fol. 123.
<i>Hieronymus ab Oleastro.</i>	fol. 134.
<i>Hieronymus Cardanus.</i>	fol. 134.
<i>Hieronymus Osorius.</i>	fol. 135.
<i>In. D. Hilarij opera annotationes.</i>	ibidem.

I

<i>Jacobus Faber Stapulensis.</i>	fol. 136.
<i>Jacobus Nicellus.</i>	fol. 146.
<i>Jacobus Milichius.</i>	fol. 185.
<i>Jacobus Philippus Bergomas.</i>	fol. 148.
<i>Jacobus SannaZarus.</i>	ibidem.
<i>Janocius de Manectis.</i>	fol. 149.
<i>Janus Cornarius.</i>	ibidem.
<i>In. D. Ioannis Chrysostomi opera index.</i>	fol. 168.
<i>Ioannes Cuspinianus.</i>	fol. 149.
<i>Joannes Ferus.</i>	fol. 152.
<i>Joannes</i>	

INDEX

S

<i>In Symachi epistolas nota.</i>	fol. 186.
-----------------------------------	-----------

T

<i>In Tertulliani opera annotationes.</i>	fol. 186.
<i>Theatrum vite humana.</i>	fol. 188.
<i>Theodorus Zwingerus.</i>	ibidem.
<i>Theophrastus.</i>	fol. 192.
<i>Theophrastus Paracelsus.</i>	ibidem.
<i>Thomas Morus.</i>	fol. 193.
<i>Titus Livius.</i>	ibidem.

X

<i>Xenophontis operum interpretes.</i>	fol. 194.
--	-----------

FINIS INDICIS.

